Quia dictuꝫ est ꝙ esse dei fugat a se omne nō esse et per ꝯñs nullum esse defficit ei. nulluꝫ esse est supra siue extra ipsum sicut per cōtrarium dicimus ꝙ homo nō habꝫ esse terre nec aque nec plante nec equi et sic de alijs Jta ꝙ homo habꝫ tot nō eē quot sunt res que remouētur ab eo q̄a homo nō est equus. Jdeo habet nō esse equi. Et qꝛ nō est lapis iō habet nō esse lapidis. Et sic esse hominis nō fugat totaliter omne nō esse sed solum fugat vnum nō esse scꝫ nō esse hominis. Sed esse dei fugat totaliter nō esse. Jdeo fugat omne nō esse. Jdeo necessario habet omne esse et per ꝯñs sequitur ꝙ esse dei habet in se eē terre esse aque et esse omnium quatuor graduum et oīm que ꝓtinentur in ipsis gradibus quia nullū esse ei defficit. Et ideo esse dei est esse vniuersale omnium.

Sed tamen duplex est esse terre et aque et omnium aliorum scilicet vnum in se et in propria natura quod videmus. Aliud in ipso esse dei quod nō videm⁹ sicut domus habet duplex esse. vnum in propria natura ad extra quod videmus. Aliud in anima artificis quod nō videmus. Sicut etiam duplex est. a. vnuꝫ extrinsecū quod videmus. Aliud in anima quod nō videmus. Res auteꝫ q̄ tum ad esse quod habent in propria natura nō habent esse in deo quia esse dei non potest esse tale quia esse dei non est ista terra nec ista aqua et sic de alijs qꝛ eē dei ē īdiuisibilissimū ī mutabilissimū et nū vt ꝑbatū est: terra autē et alia sunt per oppositum. Sed cum necesse sit ꝙ esse dei sit omne esse q̄a extra esse dei nullū esse pot: st esse Jdeo oportet ꝙ si deus sit eē omnium reruꝫ ꝙ habeant aliud esse quam proprium quod videmus quia necesse est ꝙ omnia habeāt esse in deo istud autem esse est sicut esse domus in mente artificis et esse ipsius. a. in anima. Sed est differantia quia artifex recipit esse domus in anima quia nō semper habuit et etiam recipit esse. a. quia non semper habebat Sed esse dei nihil potest accipere nulla additio potest ei fieri qꝛ in eo ē infinita simplicitas nulla coniunctio. Et ideo necesse est ꝙ esse dei ab eterno et ineternum habeat in se ipō esse omnium rerum.

Et sic necesse est ꝙ esse oīm rerūʒ sic eternū in deo et necesse est ꝙ sit idem qḋ esse dei qꝛ in eē dei nulla pōt esse pluralitas sʒ sūma simplicitas. Et ideo oīa sūt vnū eē in esse dei qḋ est summe vnuʒ. Et sic nihil nouum apud deum sed omnia sunt ab eterno.

Quod esse oīm rerꝫ in propria natura et etiam in esse dei et ī deo non sit idem.

T qꝛ esse dei fugat nō esse. Ideo nulluʒ esse pōt esse extra ipm. Et cuʒ creature habeant ꝓprium esse reale distinctum ⁊ separatū ab esse dei. Igitur illḋ tale esse reale nō est in deo. Et dicēdū est ꝙ tale esse reale oīm rerꝫ necessario est in deo nō quidē ꝙ sit idē ꝙ esse dei. Sed necesse ē ꝙ veiat ab esse dei ⁊ oriaᷓ ab esse ipsi⁹ dei totaliter qꝛ esse dei ē primū ⁊ non est aceptum. igitur necesse est ꝙ oēe aliud esse oriaᷓ ab ipso esse et pululʒ ab ipso esse tanꝙ a radice Et qꝛ esse dei est indiuisibile summe simplex. Igiᷓ tale esse rerꝫ impossibile est ꝙ sit decisū nec sumptum ab esse dei qḋ est infrangibile. Igiᷓ necesse ē ꝙ sit ⁊ venerit de nō esse et nihil qn̄ non pōt venire de esse qḋ est deus. Et qꝛ nō eē ⁊ nihil nō pn̄t aliquid ꝓducere Igiᷓ necesse est qḋ esse dei qḋ ē primū ꝓducerit oēe aliud esse de nō eē et nihil. vnde solum esse pōt ꝓducere esse sicut ignis ignē et simile suum simile. Cū igitur esse reale oīm rerꝫ nō sit esse dei sed aliud. ḡ necesse est ꝙ sit ꝓductum ab esse dei qḋ est principiū de nō esse ⁊ nihilo. Et ideo sequiᷓ ꝙ tale eē reale pro tanto est in deo qꝛ totaliter venit a deo et ab esse suo est ꝓductum de nihilo et totaliter cōseruatur in tali esse ab ipso eē dei qḋ nō venit ex nō esse. et sic oēs res hn̄t esse in deo ab eterno et sūt idḋ quod esse dei. ⁊ hn̄t esse reale in se et tūc nō sunt esse dei sed sunt producte ab esse dei. Et si primo non haberēt esse in deo et in eē dei ab eterno nō possent habere esse reale in se ipsis qꝛ istud esse reale qḋ hn̄t venit ab illo esse quod hn̄t in deo ab eterno. Sic ḡ inuenimus duplex esse rerꝫ vnū est esse primū nō acceptuʒ simplicissimū fugans totaliter oēe non esse qꝛ nunꝙ habuit nō esse. qḋ est eternum et immutabilissimū. Et aliḋ est esse quod differt ab ipso esse et est aliud ab eo quod ꝓductū ē ab ipso esse primo de nō esse et de nihilo et hoc est esse oīm aliarꝫ rerum. Primū esse est simplicissimū et indiuisibilissimū. Sed scḋm eē est diuisū per multas partes sciʒ per tot partes quot sūt res et est multiplicatū vnde primo est diuisum per quattuor grad⁹ in generali. et postea quilibet gradus est diuisus per multa esse in speciali et per multas spēs. Et quelibet

species per multa individua.
Postꝙ ergo sunt duo esse vera realia et indubitabilia quorum primū nō est acceptū ab aliquo et est simplicissimū per se existens immutabilissimum in se ipso substētatum. Necesse est ꝙ aliud esse quod nō est idez quod primū oriaẗ et veniat a primo esse. Aliter esset equale alteri esse quod nō esset acceptū sed hoc ē impossibile ꝙ sint duo equalia eē et prima. Ergo necesse est ꝙ reperiatur aliud ab esse primo ⁊ quod oriatur ab ipso esse primo ex nihilo quod primū esse nō pōt diuidi diminui nec mutari ideo impossibile est ꝙ aliud esse possit accipi ab ipso esse primo. Igitur necesse est ꝙ sit ortū ex nō esse totaliter. sequitur ergo necessario ꝙ omne aliud esse sit ꝓductū a primo esse de nō esse. Ergo oms quattuor grad⁹ q̄ faciūt aliud esse a primo sūt ꝓducti de nō esse et de nihilo ad esse.

Sequitur comparatio istorū duorum esse ad inuicem.

Et quod primū esse quod est per se quod nō venit de nō esse ꝓducit aliud esse de nō esse. Ideo necessario habuit esse in ipso anteꝙ ꝓducet ipm quod omne quod producitur ab aliquo necessario prius est in illo a quo ꝓducitur anteꝙ ꝓducatur. Sicut dom⁹ est prius in aīa artificis ꝙ ꝓducaẗ ab artifice. Aliter impossibile esset ꝙ artifex posset ꝓducere domū ab extra in esse reali. nec pictor ymaginem ergo omne ꝓductū necessario fuit in primo esse ab eterno anteꝙ produceretur: Et ideo quod aliud eē quod est ꝓductū est de nō esse ꝓductuz Igitur habz alias ꝯditiones ꝙ ipm esse quod nō est ꝓductū ab aliquo vnde nō potuit esse equale ei. Idō necessario habuit esse diminutuz et in cōpletū et nō esse sibi adiunctum quod de nō esse venit nec potuit habere esse de per se sz per participationē primi esse. Ergo necessario habuit esse finitū limitatū terminatū et mēsuratum. Et quod primum eē nō est acceptū ab aliquo et secundū est acceptū ex nō esse. ergo oms conditiones que ꝯueniūt primo esse quod nō est acceptum ab aliquo nec de nō esse remouētur ab alio esse per hoc quod est acceptum ab aliquo et de nō eē. et opposite cōditiones ei ꝯueniunt. Et ideo primū esse est primariū quia nō acceptum ab aliquo. Ideo aliud esse est secundarium quod est acceptū ab alio de nō esse. Et sicut esse dei quod est ipm esse est sūme simplex nullam hn̄s pluralitatē eo quia nō est acceptū et est primuz ita omne aliud esse est cōpositum hn̄s aliquam pluralitatē quod acceptum est et nō est primū. Ideo in omni alio esse ē intelligere aliud preter esse scz nō esse quod venit de nō esse et pōt redire in nō esse. In esse autē dei nihil possum⁹ intelli

gere nec esse q: nō venit de nō eē nec pōt redire in nō esse. Item sicut de⁹ est suū esse et nō est aliud nisi esse eo quia nō est acceptum de nō esse et etiā q: ē summa simplicitas sine vlla pluralitate. Ita nullū aliud a deo est suū esse s; ē aliud ꝙ esse q: de se est nō esse eo quia acceptū ē ō nō esse et h; aliquam pluralitatē. Item sicut esse dei fugat om̄e nō esse totaliter et in infinitū elōgatur a nō eē eo ꝙ nō est acceptū a nō esse nec de aliquo. Ita nullū aliud esse fugat totaliter nō esse nec in infinitū elongatur anō esse. ymo necessario de se tendit ad nō esse. vnde venit q: productum est de non esse.

Preterea ꝙadmodū esse dei ē immutabilissimū ⁊ inuariabilissimū eo q: nō est acceptū et fugat totaliter nō esse. Ita om̄e aliud esse est mutabilissimū et variabile eo q̄a est ꝓductum de nō esse nec fugat nō esse totaliter. Sic igitur q: sūt duo esse realia distincta sc; eē dei et esse mundi. Etiā sunt due radices ad probandū ꝯditiones amboꝝ et hn̄t radices oppositas. q: radix ad probandū oia de esse dei est q: nō ē acceptum nec receptū nec datum ab aliquo. Radix autem ad probandum omīa de esse mundi q: est acceptum et receptum et datum et de nō esse productum. Rursum aūt reuertētes cōparem⁹ vnū esse ad aliud esse vt nobis magis manifestetur ⁊ dicimus ꝙ vnū esse sc; esse mundi qd̄ ꝯtinet quattuor grad⁹ est nobis primo manifestū per se. ymo manifestissimū et certissimū et ꝯducit nos ad aliud esse ⁊ fecit nobis ip̄m iuenire esse quod erat occultissimum. Et repertū est infallibiliter per illud esse mūdi qd̄ ē ꝓductū et venit ō nō esse. Et aliud eē quod est ip̄m esse per se existēs nō ꝓductū nō venit ō nō esse et ꝙ eē mundi postꝙ est ꝓductū oportet ꝙ sit ꝓductum ab ip̄o esse nobis occultissimo quod est de⁹ Et ideo eē dei qd̄ ē occultissimū ē tanꝙ radix et origo ipsius esse mundi. et esse mundi est sicut trunc⁹ frōdes ⁊ brāche arboris: Et ideo sicut in arbore sunt duo scilicet vnū qd̄ videtur sc; quicquid est supra terrā ⁊ aliud quod nō videtur sc; radix occulta. Et tn̄ illud qd̄ videtur oritur ab illo qd̄ nō videtur. Ita sūt duo esse tantū vnū quod videtur et apparet nobis sc; totū esse mūdi cū trunco branchis frondibus ramis folijs floribus⁹ et fructibus quod est diuisu; per multos gradus. Aliud ē eē quod nō videtur nec apparet sc; ip̄; esse dei per se exn̄s occultissimū. Et tn̄ illud esse quod videtur. primo mund⁹ oritur ab illo esse qd̄ nō videtur idē ab ip̄o esse dei. Sed tn̄ in hoc ē dissimilitudo q: radix est pars arboris. sed esse dei nō pōt esse pars

alicuius necq ex istis duob⁹ esse fit vnū esse. Sic igitur eē mundi erat nobis manifestū primo sz nesciebam⁹ vnde venerat. Sz istō esse manifestauit nobis aliud esse scz esse dei quod ē primū esse ⁊ cognouim⁹ ꝙ istud eē a nullo venerat. Deinde istud esse manifestauit nobis esse mūdi quod d̄ nihillo et de nō esse venit. Et sic modo cognoscim⁹ mundū de non esse ⁊ de nihillo venisse ⁊ ꝑductum fuisse quod primo nesciebam⁹. Et ita fuit ibi ascens⁹ et descensus ⁊ vnū eē manifestauit aliud esse ⁊ ad inuicem se manifestāt et reuelāt. Et exinde possum⁹ dicere ꝙ esse totius mundi est quasi punct⁹ et centum respectu esse dei q: ipsum eē dei est infinitum actu et in infinitum elongatū a nō eē. Sed esse mundi est finitum de nō eē et de nihillo ꝑductuz igitur. Compara vnum ad aliud et vide ꝙ eē toti⁹ mundi nō est nisi punct⁹ quidem dum cōparatur ad ipm eē dei maximum et sine mensura.

Quod ipm eē dei ꝑducit totuz eē mundi de nō eē et de nihil voluntarie et ꝑ modum artis et non naturaliter nec necessitate.

T q: eē mundi de nihillo ꝑductuz est ab esse dei. videamus si ꝑductum est naturaliter ⁊ ex necessitate sicut ignis naturaliter ꝑducit calorem vel voluntarie sicut artifex domum. Et est dicendum ꝙ ipsum esse dei producit eē mundi sicut artifex domum ⁊ per modum artis ⁊ nō naturaliter necq ex necessitate. q: enim esse dei est idem quod intelligere et velle seu liberum arbitrium. Ideo producere dei est per intellectum ⁊ voluntatem et intelligendo et volendo producit omne illud quod producit. Ulterius quia esse mundi est extraneum ab esse dei et non est de natura sua quia est de non esse et de nihillo et esse dei nunꝙ habuit non esse. Ideo sequitur ꝙ esse mundi productum ē sicut res artificialis producitur ab artifice Et sicut res artificialis nō ē d̄ natura artificis. ideo suuz esse est extraneum ab artifice. Ita esse mundi non est de natura dei ymo extraneum est ab ipso. et ideo totuz esse mundi est quasi vna res artificialis et vna domus vel palacium productum per artem artificis. Et ideo sicut artifex producit domum voluntarie et non ex necessitate nec naturaliter. Ita deus producit mundū voluntarie et artificialiter et non naturaliter. Quare sequitur ꝙ sicut artifex anteꝙ producat domuz habet in intellectu totam formam vel ymaginem vel similitudinem et ydeam domus aliter impossibile. esset ꝙ produceret domum.

Ita ip̄m esse dei ꝓducens mūdū qđ est ip̄m intelligere ⁊ intellectꝰ habuit in intellectu formā ⁊ ydeā mūdi anteꝙ̄ ip̄m ꝓduceret aliter esseꝫ impossibile ꝙ mundū ꝓducisset. Et qꝛ deꝰ nihil pōt recipere vt ꝓbatum est idō a nullo alio potuit recipere formā mundi nec similitudineꝫ et ideo ab eterno habuit intra se formā totius mūdi et per ꝯn̄s totꝰ mundꝰ ab eterno fuit in deo et in esse dei. Et qꝛ in esse dei simplicissimo nulla ē pluralitas sequit̃ ꝙ mundꝰ vt est in deo est idē ꝙ deus et esse dei. Et qꝛ esse dei ē nobilissimū ⁊ dignꝰ ꝙ̄ eē ꝓductū de nihilo. Ideo sequit̃ ꝙ nobiliꝰ ⁊ digniꝰ esse habet mundꝰ in deo sine aliqua cōparatione ꝙ̄ in propria essentia et natura qꝛ in ꝓpria essentia est de nihilo ꝓductꝰ. Et in deo habꝫ esse eternū qđ nunꝙ̄ habuit nō esse. Verūptamē artifex indiget materia in qua ponat formā domus. Sed ipsuꝫ esse qđ est deꝰ totum de nihilo ꝓducit qꝛ quicquid est p̄ter ip̄m est ab ipso de nihilo ꝓductū. Et exinde sequitur ꝙ sicut artifex pōt ꝓducere infinitas domos per domū suaꝫ ꝙ̄ habet intra se absq̃ diminutione domꝰ que est in mēte. Ita deꝰ qui ē ip̄m esse pōt ꝓducere infinitos mundos ꝑ mundū quā habet in intellectu suo absq̃ diminutiōe illiꝰ mundi et maxime qꝛ totum de nihilo ꝓducit quia ꝓducit oīa intelligendo et volēdo. Ideo totū mūdum ꝓducit sine labore sine fatigatione et sine pena. Sed q̇a artifex ꝓducit domū meliori modo quo pōt iuxta exigentiam domus. Ita deus ꝓducit mundum meliori modo quo fieri potuit iuxta exigentiā mundi. Ita ꝙ nihil vltra potuit addi nec minui nec ē aliquid sup̱fluū in eo. Sed qꝛ artifex solum ponit formā in materia et nō facit ipsam formam. Idō non est necesse ꝙ artifex sit semꝑ cum domo ymo domꝰ facta pōt per se stare et remanere et conseruari sine p̄n̄cia artificis. Sed nō est ita de mundo respectu dei. qꝛ enim ipse artifex deꝰ non soluꝫ ponit formam in materia sed totum de nō esse et de nihilo producit. Ideo cōtinue necessaria est p̄n̄tia ipsiꝰ esse dei in toto mundo. neq̃ mundꝰ pōt per se stare nec conseruari absq̃ p̄n̄cia incessabili dei artificis per vnū momētum qꝛ stati rediret in nō esse et in nihilū totꝰ mundꝰ qꝛ de nihilo venit. Ideo necessariū est mūdo si debeat cōseruari ne redeat in nihilū ꝙ totū esse dei sit p̄n̄tissimū per totū esse mundi. Nō tn̄ ꝙ sit inclusū in eē mūdi qꝛ etiā est extra munduꝫ in infinitum. Et sic summꝰ artifex deus continue portat et cōseruat ac cōtinet totū mundum in pugillo et in manu sua et ipsum substinet sine labore tantum volendo.

Item ex hoc sequitur ꝙ summ⁹ artifex deus nūꝙ dormit sed semp vigilat q: si dormirꝫ tot⁹ mūd⁹ ad nihiluꝫ rediret. Itē ꝙuis potētia ipi⁹ eē dei nō possit defficere mū do q: necessario esse dei est vbi libꝫ. ac tñ q: sola voluntate. et nō naturaliter mundū cōseruat. Iō etiā sola voluntate mundū posset deserere si vellet ⁊ sic rediret in nihilū. vnde venit. Preterea sequit ꝙ ipm esse dei sūmi artificis mūdum de nihilo ꝑducit eo q: ipm cōtinue cōseruat continet et manutenet ne redeat in nihilum. Et iō ipm cōtinue cōseruat sic vt sol ꝯtinue radios ꝑducit in aere. Aliter si nō ꝑduceret radij defficerēt et desinerent esse sicut ꝯtingit de nocte q: tunc solares desinūt eē Ita mund⁹ desineret eē nisi continue conseruaretur a deo.

Quod deus est ipm esse ꝑ se subsistēs ꝑducens esse mundi de nihilo absq3 sui indigentia:

T q: iam indubitāter ꝯclusum est ꝙ deus est ipm esse in infinitū elōgatum a nō esse et nihil et fugat a se oīne nō esse et ē infinitū. Et ꝙ esse mundi est ꝑductū de nō eē ⁊ de nihil. Ideo seq̄t necessario ꝙ de⁹ sine indigētia ꝑducit mundū q: tunc sequeretur ꝙ ipm esse eternū per se exñs elōgatum in infinitum a nō esse indigeret ipo esse ꝑducto de nō eē et de nihil qḋ est absurdissimū et impossibilissimū et dicere nephādissimuꝫ cū ipm esse qḋ est deus sit perfectissimū ꝯpletissimū hñs i se ipo omēꝫ plenitudinē. Quō ei posset hoc esse ꝙ tale esse indigeret alio esse ꝑducto ab ipo de nihilo. ğ concluditur ꝙ de⁹ q: ē ipsum esse per se exñs ꝑducerit totum esse mūdi de nihilo et de nō esse absq3 aliquali sui indigētia.

Quod deus qui est suum esse producit esse mūdi de nouo quodq̄dem non est eternum sed nouū.

T quia duo sunt esse vnum quod est ipm esse qḋ nō est acceptum de nō esse ⁊ aliō quod nō est ipm esse sꝫ ē acceptuꝫ ō nō esse et de nihilo qḋ in infifinituꝫ elōgatur a primo esse et habet cōditiones opositas primo esse vt ꝑbatum est. Rursum etiā q: eē ꝑductum de nihilo est summe inequale ipsi esse qḋ est ipmmet esse Et iteruꝫ q: deus qui ē suuꝫ eē ꝑducit mūdum absq3 sui indigētia de nō esse voluntarie et nō naturaliter. Sequitur ex oībus istis ꝙ taliter debuit ꝑduci eē mundi vt manifestaretur oīs in equalitas ⁊ taliter ꝙ per esse mundi nulla indigētia apparet ipsi⁹ dei nec intelligi nec cogitari posset. Que quidē indigentia destrueret totaliter esse dei et suā ꝑfectionē. Sꝫ potius vt cognosceretur sūma liberalitas et bonitas ⁊ ꝙ sine mūdo haberet suum perfectū eē Et

ideo si mūdus esset ꝓductꝰ ab eterno et nō de nouo sed esset ei equalis in duratiōe et nō ꝓcederet mūduʒ duratiōe iam notaret aliqua equalitas in eternitate et notaret ꝙ ipse deꝰ indigeret mūdo ⁊ ꝙ n̄ potuit esse sine mūdo ⁊ sic natura liter ex necessitate ꝓduxit mundū ⁊ nō ex mera liberalitate. Sʒ oīa ista sunt absurdissima et nephādissima ipi deo excellētissio. Si aūt mundꝰ sit ꝓductꝰ de nouo ⁊ ipse deꝰ ꝑcesserit munduʒ duratione totū oppositum signatur et denotatur excellentia et nobilitas et ꝑfectio ipsius esse dei. Et qꝛ deꝰ nō ꝓduxit mundum contra se ipsum sed per modum artis intelligēdo ⁊ volēdo. Ideo ꝯcluditur ꝙ mundus ē ꝓductꝰ eo modo ꝙ magis ꝯuenit ipsi esse dei excellētissimo et ipsi mundo non repugnat et ꝑ ꝯsequens non fuit eternus sʒ de nouo est ꝓductus aliter ꝓducisset mundum contra seipm. Neqꝫ ꝓpter hoc in esse dei est aliq̄ nouitas neqꝫ nouuʒ velle qꝛ ab eterno voluit ꝓducere munduʒ in eē reali altero ab ipso de non esse et voluit ab eterno ꝙ mundꝰ producceret ꝑ illum moduʒ per quē magis suuʒ esse excellētissimū manifestaret et appareret et distingueretur ab esse de nihilo ꝓducto. Ideo ab eterno voluit ꝙ suū esse ꝑcederet esse mundi duratiōe qꝛ si aliter voluisset ꝯtra se voluisset. Et sic ab eterno voluit ꝙ tunc produceret quando productus est.

Quod ipsuʒ esse qđ ē deꝰ ꝓduxit totum esse mundi ꝓpter vnum finē pricipalē scʒ propter se ipsum m̄ autē iam probatum ē ⁊ infallibilr̄ ⁊ verꝫ ē ꝙ deꝰ produxit totuʒ munduʒ de nihilo ꝑ modū artis ⁊ sicut artifex domuʒ et qꝛ oīs artifex opaꝛ propter aliquē finē seu intēcionē ⁊ iō necesse est ⁊ ipossibile est aliter esse ꝙ ipse summꝰ artifex deꝰ nō producerit mundū totū ꝓpter aliquē finē ⁊ ꝓpter aliquā intētionē. Et qꝛ nihil erat ꝑter ipm iō nō potuit ꝓducere mundū propꝛ aliquē aliū ꝙ ꝓpꝛ semetipsū. Nō ei potuit producere mūduʒ propꝛ nō esse ḡ ꝓpter eē. ḡ proter semetipsū q̇ solū ē esse rursū etiā qꝛ eē de nihilo ꝓductuʒ nō potuit eē nisi propꝛ esse qđ nū ꝙ̄ habuit nō eē cū nō sint nisi ista duo eē ḡ vnū ē propꝛ aliđ. Sʒ cū ipse deꝰ nl'iomō indigeret mundo quō ḡ fecit mūduʒ propꝛ semetipsum diceđ ē igr̄ ꝙ fecit munduʒ n̄ ꝙ idigeret mundo nec ipso eē producto de nō eē. sʒ vt ipsuʒ eē eternuʒ ꝑfectissimuʒ pleissimuʒ idefficiēs qđ ē deꝰ sine sui dimunitiōe cōicabile alicui alr̄i ex se daret et cōicaret seipsuʒ ⁊ iō ꝓduxit ipsuʒ eē nouuʒ de nihilo vt istđ eē participaret aliđ eē ꝑmuʒ. Nō q̇deʒ ꝙ vnuʒ eē mutaretꝛ in aliđ eē qꝛ hʒ ē ipossibile sʒ vt ipsuʒ eē ⁊ de nihi

lo ꝑductuȝ vniret ipsi eē imutabi
lissimo vt pficeret in eo vt sic eēnt
duo bona scȝ ipsū eē ꝑductū ⁊ cō
municatio vel vnio seu pticipatō
ipsi⁹ excellētissimi et opti eē vt sic
maīfestaret sua liberalitas et ꝙ si
ne idigētia ipsi⁹ voluit producere
aliō eē vt ei se cōicaret. Nec indi
gebat ipsuȝ eē plenissimuȝ qō est
de⁹ vt se cōicaret alicui eē extra se
Sȝ sua mera et purissima libera
litate voluit se cōicare. Iō ex ꝯdi
tionib⁹ istoꝝ duoꝝ eē est ꝯclusū
ꝙ ipsuȝ esse mūdi de nihilo ē pro
ductuȝ eo qꝛ ē de nō eē et necessa
rio est ordinatuȝ ad aliō eē qō ñ
venit de nō eē et ē propꝛ ipsuȝ eē
qō est de⁹ eo qꝛ est pfectissimū ⁊ ē
finis et ꝯplemētuȝ ac pfectio al-
terius eē.

Qō ipsuȝ eē mundi de nō eē pro
ductuȝ respicit ipsuȝ eē qō ē de⁹
et ligat cum eo triplici respectu et
ligamie idiuisibili seu idissolubili.

Uoniā aūt oīe artificatū
vt dom⁹ necessario ad tria
respicit scȝ ad artificē vt ad cām
producentē et ad formā et simili-
tudinē in aīa artificis exñtē sicut
ad cām exēplarē. et ad finē propꝛ
quē est. Ergo cuȝ totuȝ eē mundi
est productū adeo p moō artis et
rei artificialis. Ideo necessario re
spicit ipsum deum sub tertij respe
ctu. Primo respicit ipsuȝ sicut arti
ficē suuȝ et cām efficientē. scōo re
spicit ipsuȝ sicut cām exēplarem
hñtem in se formā totius mundi
eternā et tanꝙ cām finalē propꝛ
quā est. Causa autem materialis
mundi nō respicit deum qꝛ de ni
hilo est. Et sic ipsum eē mundi ni
hil aliō respicit nisi deuȝ. Ideo to
tus mund⁹ est adeo et scōm deū
et propter deum. et sic de⁹ est cā
mundi efficiēs et exēplaris et fi-
nalis. et sic producit mundū ex se
scōm se ⁊ propter se.

De cōparatiōe istoꝝ duoꝝ eē
ad duo nō eē et duo nihil.

Uoniā autē duo sūt eē rea-
lia ⁊ existētia in reꝝ natura.
Primuȝ ē eternum et ad nouum.
Et qꝛ eē respicit nō eē et nihil tan
ꝙ suum oppositum et inimicum.
Ideo sicut sunt duo eē ita sunt cō
siderāda duo nō esse et duo nihil
eis correspōdentia vnum nō esse
seu nihil qō opportet ipsi eē etno
et ipsum respicit. Aliud nō eē ⁊ ni
hil respicit ipsum eē nouum et ei
dem opponitur et aduersat. Con
siderādum est igit diligenter quō
vnumquidē istoꝝ duoꝝ eē se ha-
beant ad nō eē et ad nihil sibi op
posituȝ. vnde aliter se habet ad ñ
eē et nihil primum eē eternum.
Aliter ipsum eē nouum. qm̄ ipsuȝ
eē eternuȝ precedit nō eē et nihil
sibi oppositum. Et ideo est primū
de necessitate ex se ipso. Et ideo
quia est primum quam non esse
sibi oppositum et habet posse-
ssionem primitatis in infinitum

expellit nō esse et nihil et p ꝯñs sine mēsura se extendit. Et ideo ñ esse et nihil nullū locuȝ pñt habe re in ipō esse: qꝛ esse totū pcupat eo qꝛ primuȝ. Sicut etiā si nō eē et nihil esset primū et precederet esse ⁊ haberet possessionē primita tis in infinitū se extēderet et totū occuparet et ipm esse nullū locuȝ haberet. et sic totū esset nihil ⁊ nō esse: et ipsum nihil esset eternuȝ et esse nō haberet. Unde veniret qꝛ ipm nō esse et nihil nō ꝓduce- ret nec faceret ipm esse sibi oppo situm. Et qꝛ esse est primū. Jdeo destruit et expellit in infinitū nō esse et nihil: Et qꝛ ipm nō esse et nihil nō habet vnde veniat in ip so esse qꝛ nō potest venire de ipō esse. Et ex hoc necessario cōcludi tur ex tali ꝯparatione ꝙ esse ne- cessario habet in se ex se et de se. ⁊ de natura sua ei ꝯuenit q̇cquid ē cōtra nō esse in infinitū ⁊ sine mē sura. qm̄ si aliquid defficeret eidē qō potest ptinere ad esse iam nō esse ⁊ nihil posset eē in ipō eē qō ē impossibile. Jdeo esse necessario est primariuȝ absolutū a nullo de pendens eternū simplicissimū ac tualissimuȝ perfectissimū ⁊ sum- me vnū immutabilissimū et imen sum: quia oīa ista pertinēt ad esse. Et nullo mō intellect⁹ itelligēs na turā ipsi⁹ esse pōt cogitare oppo sita istoꝝ ymo ista sunt ita certa ꝙ nullo mō pñt dubitari nec in ipso esse potest cogitari nō esse. et tale eē vocamus deū. Et exinde cōcluditur necessario ꝙ de⁹ ha- bet omnē potestatem oīe dñiuȝ supra nō esse et nihil. et ista est pri ma potestas ⁊ maioꝛ que possit es se. ⁊ ista est prima cōparatio.

De comparatione mūdi ad su um non esse et nihil.

Unc restat videre qualiter alterū esse. reale scilicet esse mundi se habeat ad nō esse et ad nihil. Unde manifestum est ꝙ alī ter ymo opposito modo se habet ꝙ̄ primū esse qm̄ nō esse et nihil p̄ cesserunt eē mūdi ei oppositum. Et ideo nō esse mūdi et nihil pces serunt esse ipsi⁹ mūdi in ꝓpria es- sentia et istud esse qō est de⁹ ha- bet suum ꝓprium nō esse ⁊ nīum in infinitū potest se ⁊ a se elōgatū qꝛ nō pōt ñ eē Jstud ḡ nō esse mū di habuerit primariū esse ⁊ posses sionem primitatis respectu scōi es se mūdi. Et ideo esse mūdi sibi op positū nō potuisset habere extñaȝ nisi primū esse qō ē de⁹ qui hȝ ple num imperium sup̄ nō esse extra- xisset mūdum de tali nō esse et de tali nihil qꝛ per se nō potuisset exi re de nō esse. Et ideo nisi ipse de- us qui est ipm esse manuteneat ⁊ deffendat cōtinue et incessanter per suā manū fortem totū eē mun di contra nō esse et ipm nihil sta tim rediret ī nihil. vnde extractuȝ est. Et ideo semp esse mundi ē in

potentia ad nō esse de se et semp potest nō esse ō natura sua. Et qꝛ nō esse ⁊ nihil nullā resistentiā pos sunt facere cōtra ipm esse quod ē deus. Ideo sequit͛ ꝙ deꝰ qui est eē habet om̄e preceptū om̄e imperi um omnē potestatē et om̄e dn̄iuȝ supra non esse et nihil. Et ideo po test sine impedimento quocunqȝ ⁊ sine quacūqȝ resistētia facere qc quid vult qcquid sibi placet solo velle de nō esse et de nihil et ꝓdu cere in esse reali et per ꝯn̄s sine fa tigatione sine labore qꝛ nō est fa tigatio qn̄ nulla fit resistētia. Et ex inde sequitur ꝙ totū esse mundi ē tanꝗ nihil in respectu esse dei.

Ecce igitur habemꝰ deū nostruȝ fortissimū oipotentissimū eternuȝ et infinitum immutabilissimū ⁊ sū me vnū qui nō potest nō esse. qui totum mūdū de nihilio fecit. Er go cū tu hō sis principalior pars mūdi sequitur ꝙ es totus factus et productꝰ de nō esse et de nihil lo. Gaude igitur qꝛ tam nobilissi mū excellentissimuȝ et oipotentis simum habes conditorē qui tam nobilē et excellentem creaturam sicut tu es potuit facere ō nihillo.

Cōparatio duorū esse ad duo luminaria. et ꝙ esse dei est tanꝗ sol et esse mundi tanꝗ luna et vm bra.

Ecce quomodo habemꝰ duo esse tanꝗ duo luiaria ma gna scȝ luiare maius et luiare mi nus. Primū esse eternū est luiare maius. Scōm esse scȝ mundi est luiare minus. primū esse est tāꝗ sol scōm esse tanꝗ luna. Et sicut luna ō se nullū habȝ lumē sȝ totū recipit a sole. Ita esse mūdi nullū habet esse ꝗtum est de se sȝ totuȝ suum esse recipit a primo esse eter no. Et sicut sol dē se habet lumē ⁊ nl'lum recipit ab alio corpore. Iō semper est plenū lumē nūꝗ deffi ciens. Ita primū esse de se ipo ha bet suū esse et a nullo a lio recipit esse. Et ideo semp habet plenū eē nunꝗ defficiens. Et sicut per lu men lune quod videmꝰ de nocte cogitamꝰ lumen solis quod tunc est occultum. Ita per esse mundi quod videmus cogitamꝰ esse dei quod nō videmꝰ. Et sicut lumen lune in p̄n̄tia solis nihil apparet Ita esse mundi in p̄n̄cia ipsiꝰ esse dei nihil apparet. Et dum magis appropinquat ad esse dei tūc mi nus apparet. Sed dum per se cō sideratur tūc apparet magnū esse sicut lumē lune dū elongatur a so le apparet maiꝰ. Ista ergo duo es se sunt duo luminaria. primū lu men est eternū et indeficieus se cundum lumē est nouū et factuȝ habens tot radios quot sūt crea ture. Primo lucet lumen nobis fa ctum et ipm possumus videre si ne periculo et dāpno occulorum sicut lumē lune. Et postea per istō lumen debile cogitamus aliud lu

men fortissimuz solis. Et sicut occuli nō possunt substinere lumen solis directe per se sine destructione occulorꝝ tñ lune lumē videm⁹ sine dāpno. Ita occuli nostri interiores nō pñt per se videre de directo ipm esse eternū luiosum ⁊ excellētissimū in hoc mūdo sine destructione occulorꝝ. Et ideo esse mundi est tanq̄ vmbra per quam possum⁹ intueri et respicere lumē eternū et infinitū scz esse dei infinitum. Aliter est nobis impossibile sicut per vmbrā videmus lumē solis sine periculo. Et ista ad pñs sufficiāt d̄ ipo esse quod est ianua omnium aliorum.

Sequit̄ doctrina de ipso viuere et primo q̄ viuere per se facit secundum gradum.

Ostq̄ dictū est fundamētaliter cū dei auxilio d̄ esse qd̄ est fundamentū et ianua oim aliorum. Nunc dicem⁹ de viuere Sicut aūt esse se habet ad viuere ad sentire et ad intelligere. Ita viuere se habet ad sentire et ad intelligere qꝛ sicut esse potest inueniri sine viuere et alijs et ideo semper facit primū gradū. ita viuere pōt inueniri separatū ab ipo sentire ⁊ intelligere sz nō ecōuerso. Nam oīe quod sentit viuit sz nō oīe qd̄ viuit sentit. Et etiā oīe quod intelligit viuit sz nō eꝯ. Et sic viuere potest inueniri sine sentire et sine intelligere sed non sine esse quia oīe quod viuit est. Et ideo viuere facit per se. scōm gradum. vnde nobili⁹ est viuere q̄ esse tm̄ Et ideo oportet cōsiderare ipsuz viuere ꝑ se sicut cōsideratū ē ipm esse per se.

Quod duplex viuere probat̄ esse in deo.

Uoniā aūt esse reperitur separatum per se in pmo gradu. Ideo sicut cōsiderat̄ ipm esse in deo ꝑ se sine alijs scz sine viuere sentire et intelligere. Ita qꝛ viuere reperit̄ separatū sine sentire et intelligere. Ideo similiter ꝯsideram⁹ ipm per se sine sentire et intelligere. Sicut aūt per esse quod videm⁹ et est manifestū arguim⁹ aliud esse scz ipm esse dei. ita ꝑ viuere qd̄ videm⁹ arguim⁹ aliud viuere quod nō videm⁹ scz viuere dei a quo ꝓuenit viuere quod est manifestū nobis et hoc iā ꝓbatuz est. Sed alit̄ ꝓbatur viuere eē in deo et hoc per ipm esse qꝛ oia conueniūt deo ꝑ suū eē. vnde qꝛ de⁹ est ipm esse et esse ē primū q̄ non esse. Ideo necessario de⁹ hz esse ⁊ est quicquid ē cōtra nō eē ⁊ q̄cq̄d ꝯuenit cū esse. Et qꝛ viuere ꝯuenit cū esse et ē nobilissimū esse. Ideo necessario in deo ē viuere et in eē suo. Et ꝑ eūdē modū dicam⁹ de ipo sentire ⁊ de ipo intelligere qꝛ ꝯueniūt cū esse et iō sūt in deo necessario. Et silr̄ dicendū ē de posse de velle de boitate de veritate et

de oib⁹ que ꝯueniūt cū esse q꞉ ꝑ esse oia ꝓbant. et ipm esse dei oia necessario includit. Et dū noio ipsum esse dei dico ipm viuere sentire et intelligere velle posse bonū et verū et oia nec aliq̇d addo sup̄ suū eē qm̄ suū esse est oia ista de necessitate. Sꝫ in alijs rebus dū dico esse nō intelligo viuere sētire nec intelligere q꞉ esse inueniť sine illis. Et dū dico viuere nō intelligo sentire nec intelligere q꞉ viuere inueniť sine illis. Et dū dico sentire nō dico intelligere. q꞉ viuere sine sentire inueniť et sētire reperitur sine intelligere. Sꝫ ī deo dū dico esse oia intelligo. Sic ǧ duob⁹ modis viuere ꝓbatur esse in deo. vt ꝑ creaturas quas fecit quib⁹ dedit viuere. et per suū esse et ita de alijs sicut de viuere.

Quod similis ꝓcess⁹ ⁊ ordo sit in ipo viuere sicut in ipo esse ⁊ oia que ꝓbata sunt de esse probantur etiam de viuere.

Uāuis aūt ꝑ cognitionē habitā de ipo esse dei oiā alia cognoscātur ⁊ sint maīfesta q꞉ oia claudūtur in ipo esse ac tm̄ q꞉ magis gaudꝫ hō dum audit quodlꝫ ꝑ se ⁊ iūctū cū alio. et magis gaudet dū audit deū esse viuere sentire et intelligere ꝙ esse solū. Et duꝫ audit deū esse viuere sentire intelligere velle posse veꝝ bonum et sic de alijs ꝙ dum audit tm̄ esse. Ideo cōgruuꝫ est vt de quolꝫ per se loq̄mur. Forma aūt et mod⁹ dicendi de oibus est similis et talis sicut fuit de ipo esse q꞉ oia in deo sunt idem qd̓ esse et sunt ipmmet esse. Et ideo sicut esse dei nō ē acceptum ab aliquo nec venit de n̄ esse nec de aliquo. Ita viuere dei non est acceptum ab aliquo nec venit de nō viuere. Et ideo sicut esse dei est primū et simplicissimū ita viuere dei est totaliter p̄mum ⁊ simplicissimū ⁊ ꝑ ꝯn̄s sicut de⁹ est suum esse et ipm esse est idē ꝙ deus ita de⁹ est suū viuere et est ipmmet viuere et viuere est idem quod deus et per ꝯn̄s de⁹ est vita et nō est nisi vita. Item sicut nulla res alia ꝙ deus est suuꝫ eē quia recepit ab alio esse et per ꝯsequens de se habet nō esse. Ita nl'la alia res est suuꝫ viuere quia recipit ab alio viuere et per consequens hꝫ de se nō viuere et in oī alia re que hꝫ viuere possum⁹ intelligere non viuere. In deo autē non possumus cogitare nō viuere quia de se ipso hꝫ viuere et est ipm viuere. Preterea sicut esse dei in infinitum elongatur a non esse et fugat totaliter non esse. ita viuere dei in infinituꝫ elongatur a non viuere et fugat totaliter ipsum nō viuere. Ideo sicut esse dei est eternum nunꝙ incipiens nunꝙ desinens imutabilissimum inuariabilissimum actualissimum ꝑfectissimum completissimum.

Ita viuere dei est eternũ nũq̄ in cipiens nũq̄ desinēs ⁊ sic de alijs Ideo habet optime viuere. Et illa oīa que dicta sunt de ipso esse. Ita ꝓportionabilit̃ dicas de ipso viuere q₂ idem sunt in deo.

Generalis doctrina tam ad eē q̄ ad viuere et ad oīa alia.

Quauis aũt doctrina habita de ip̄o esse sufficiat ad viuere et ad oīa alia tñ vt de quol₃ per se sine alio habeatur plena cognitio hic datur generalis doctrina ad oīa et sũme facilis et leuissima. Et primo de ipso esse et per esse ad oīa alia que sunt in ip̄o d̄scendimꝰ. vnde debemus cōparare esse ad nō esse duobus modis sc₃ ante esse et post esse ⁊ dicamꝰ sic ꝙ nō esse duobꝰ modis cogitatur. vnomō ꝙ sit ante eē. Aliomō ꝙ sequatur ip̄m esse. Primũ non esse quod intelligitur ante esse vocatur negatiuũ vt est purissimu₃ nihil scd̄m nō esse quod sequitur post esse vocat̃ nō esse priuatiuũ seu corruptiuũ. Et sic ipsum esse pōt cōparari ad nō esse añ ⁊ post Deinde querendũ ē quid est primum an esse vel nō esse et si eē habuit esse ante nō esse. Respondendum est ꝙ esse est primũ necessario et nō habuit ante se nō esse. Et exinde sequitur necessario ꝙ post ip̄m esse nō potest sequi nō esse et sic ip̄m esse caret nō esse añ ⁊ post et sic caret nō esse negatiuo et priuatio seu corruptio et per ꝯñs est eternũ indefficiens et istud esse ē deus. Aliud aũt esse mũdi habuit nō esse ante se et potest habere nō esse post se. et sic stat in medio nō esse negatiui et priuatiui q₂ venit de nō esse et potest ire ī nō esse Sicut aũt fecimus de ip̄o esse ita consimiliter fecimꝰ de ip̄o viuere et de oībus alijs. vnde sicut ē duplex nō esse ita est duplex non viuere. Primũ nō viuere est qd̄ pōt cogitari ante viuere et istud ē nō viuere negatiuum. scd̄m nō viuere est qd̄ sequit̃ post viuere ē istud nō viuere est priuatiuũ et corruptium et h₃ speciale nomē sc₃ mori seu mors. Querēdũ est postmodũ quod est primũ an viuere aut nō viuere et si viuere habuit ante se nō viuere. Et respondēdu₃ est ꝙ de necessitate viuere est primũ et ꝙ nō habuit ante se nō viuere q₂ si nō viuere esset primũ tunc viuere nō posset esse q₂ viuere nō pōt venire de nō viuere. Et exinde sequitur ꝙ viuere ab eterno fuit et nihil habet de nō viuere s₃ est primitiuum elongatũ in infinitu₃ a nō viuere q₂ viuere totum occupat. Et q₂ viuere est primũ ⁊ nō habuit ante se nō viuere. Sequitur necessario ꝙ ip̄m viuere quod est primũ nō pōt habere post se ñ viuere nec per ꝯñs mori seu mortem. et tale viuere est deꝰ. Et ita deus qui est viuere caret nō viue

uere ante et post et sic caret nō viuere priuatiuo et negatiuo. Et iō ab eterno et i eternū viuit sine pricipio ⁊ sine fine. Et ipm mori sīe ipsa mors nō h3 posse sup ipsum. Ideo solus imortalis de sua propria natura et de se ipo. Et exinde sequit̄ ꝙ in suo viuere et in sua vita nulla pōt esse mutabilitas nulla additio nulla diminutio q2 nō pōt mutari in nō viuere nec i aliud viuere q2 nō viuere iam esset in ipo nec pōt ꝑdere suū viuere. Et q2 iam ꝓbatū est ꝙ totum esse mūdi est ab eterno i deo. Et quia deus est ipm viuere et tot⁹ est vita sequit̄ ꝙ oīe quod factu3 ē viuit in deo et est vita in deo et oīa viuūt ab eterno et ieternū in deo et ideo nihil morit̄ s3 oīa viuunt in eo. Rursus q2 deus est ipm viuere. Igitur oīe aliud viuere ē ꝓductū ab ipo de nō viuere sicut oē aliud esse ē de nō esse. Et ideo oīe aliud viuere ab ipo p̄mo. q2 venit de nō viuere pōt hr̄e post se nō viuere. i. mori. Et sic oīe q̄d viuit preter p̄mu3 venit de nō viuere negatiuo et pōt ire in nō viuere priuatiuu3. i. mortē post viuere ꝙ tū est de se. Et iō nisi manuteneat̄ ab ipo q̄ est viuere et ꝯseruet̄ continue statim v̄teret̄ in nō viuere ⁊ in mori. Preterea sequit̄ ꝙ ipe h3 oīe3 potestatē oīe imperiū oīe dn̄ium oīe p̄ceptum sub̄ non viuere et supra mortē. Et iō pōt extrahere quicq̄d vult de nō viuere ad viuere sine aliquo ipedimēto ⁊ resistētia. Et etiam de morte pōt quicquid vult reducere ad vitam solo velle et sola volūtate. Et sic ipe sol⁹ ē de⁹ vite et mortis.

Ecce igit̄ habem⁹ duas vitas et duo viuere realia vnū occultū et aliud maifestu3 vnu3 eternum et aliud nouu3 de nō viuere acceptum. Cōpara ipa duo adinuicē et postea ad nō viuere sicut fecisti de ipo esse et habebis noticiā cōpletam de ipo viuere. vide igitur hō quomō inuenisti tuū ꝑditorē qui viuit in eternu3 ⁊ est vita eterna q̄ nō pōt mori. qui tibi dedit d̄ nō viuere viuere et te cōseruat ne reuertaris in nō viuere ⁊ in mortē extrā ipse immortalissimus.

Sequit̄ doctrina de ipso sētire.

Icut dictū est de ipo esse et de ipso viuere ita dicēdu3 ē de ipso sentire q2 sentire per se facit tercium gradū in natura. Nā esse et viuere pñt esse sine sentire ⁊ ipm sentire sine intelligere. Sicut autē sunt duo eē et duo viuere sc3 vnu3 quod videm⁹ ⁊ aliud occultissimū quod nō videm⁹. Ita sūt duo sentire vnū maifestissimū q̄d videm⁹ ⁊ aliō occultissimū quod n̄ videm⁹. Et per illud quod videmus cognoscim⁹ et ꝑuenim⁹ i cognitionē illi⁹ quod nō videmus. Et probam⁹ sentire esse in deo q2 dedit alijs. Item etiam ꝓbatū est

ſentire eſſe in deo quia ſentire eſt eſſe nobile et ideo neceſſario ē in deo aliter eſſet in ipo nō eſſe nec haberet q̄cquid eſt contra nō eſſe nec eſſet omne eſſe quod eſt impoſſibile. Et quia deus eſt ſuū eſſe et ſuum viuere ita eſt ſuū ſentire et eſt ipm ſentire q2 idē eſt eſſe et viuere ꝙ ſētire ī deo. Et ideo in deo eſt videre audire et om̄e ſentire. Nō tn̄ tale ſentire ē in deo ſicut ē in alijs reb9 q2 hoc ē ipoſſibile ſ3 nobiliſſimo modo ⁊ perfectiſſimo ſicut ei cōuenit Rurſum ſicut dictum eſt de ipo viuere ita dicēdū eſt de ipſo ſentire ſc3 q2 ſentire poteſt cōparari ad nō ſentire ante ⁊ poſt. pꝛimū non ſentire eſt negatiuum. ſcōm nō ſentire eſt pꝛiuatiuum et vocatur inſenſibilitas. Et q2 ſentire in deo eſt pus ꝙ̄ nō ſentire et ante ſe nō habuit nō ſentire. Ideo ſequitur ꝙ poſt ſentire nō pōt ſequi nō ſentire neq3 inſēſibilitas. Ideo ab eterno et in eternum ſentit. Sed om̄e aliud ſentire ꝓductum eſt ab ipſo de nō ſentire et habuit ante ſe nō ſentire ⁊ ideo pōt redire in nō ſentire et in inſenſibilitate niſi manu teneatur ab ipſo qui ē ip3 ſentire. Et q̄ ſol9 nō poteſt eſſe inſenſibilis. et ideo om̄e aliō qᷓ habet ſentire per ipſum videt audit tangit odoꝛat guſtat etc. Et ſicut om̄e qᷓ ē ⁊ viuit ꝑpter ip3 ꝑ ip3 ē ⁊ viuit. Ita omne quod ſentit per ipm ſentit. Et ſicut habet omnē poteſtatem et imperium ſupꝛa nō eſſe ⁊ ſupꝛa non viuere. Ita ſupꝛa nō ſētire. Ideo poteſt extrahere q̄cquid vult ō n̄ ſentire ad ſentire et oīa que dicta ſunt de eſſe dicantur de ſentire.

Sequitur doctrina de ipo intelligere.

Uia ipſum intelligere eſt vltimus grad9 in ſcala nature et per ꝯn̄s nobiliſſim9. Ideo de ipſo eſt loquendū ampli9 ꝙ̄ de viuere et ſentire. vnde q2 ꝓbatum eſt ꝙ om̄s quattuoꝛ gradus ꝓducti ſunt de nō eſſe. ⁊ ideo ſequit̃ ꝙ intelligere quod eſt in mūdo pꝛoductū ē de nō eſſe et de nō intelligere Et ideo neceſſario ſequit̃ ꝙ ille qui ꝓducit et dedit intelligere habet in ſe ipo intelligere quod ē nobiliſſimū eſſe. Pꝛoterea ꝑ ipm eſſe hoc idem ꝓbatū ē iam qm̄ ipſum eſſe eſt deus et de9 eſt ipm eſſe et h3 quicquid pōt ꝑtinere ad eſſe. Et q2 intelligere ꝑtinet ad eſſe ymo eſt nobiliſſimū eſſe ⁊ excellentiſſimū ğ in eſſe dei neceſſario eſt intelligere aliter defficeret in ſuo eſſe illud qᷓ eſt nobiliſſimum Sed cū eē dei ſit ſumme ſimplex ⁊ in eo nulla ſit cōpoſitio ſequit̃ ꝙ ipmmet eſſe dei eſt ipmmet intelligere et q̄cquid ꝓbatum eſt de eſſe dei iam ꝓbatum eſt de intelligere nec opoꝛtet ꝓbare de nouo ſed ſolum aplicare ad ipm intelligere. Dicam9 ğ per oꝛdinē ſicut dictu3

est de esse. vnde sicut esse dei nō ē acceptuȝ ab aliquo nec datū nec cōicatum ita nec ipm intelligere dei. Et sicut esse dei est primū totaliter ita intelligere. Et sicut esse dei est simplicissimū ita intelligere. Et sicut esse dei ē summe vnum ita intelligere. Et sicut de⁹ est suū eē ⁊ est ipmmet eē. ita etiā ē suū intelligere ⁊ ipȝmet itelligere. Et q̄admoduȝ esse dei eo qꝛ est primū elōgat̄ in ifinitū a nō eē ⁊ fugat totaliter nō esse et ante se nō habuit nō esse nec post se pōt habere nō esse. Ita intelligere dei eo qꝛ ē primum et est idē qđ ipm esse. Ideo elōgat̄ i infinitū a nō intelligere ⁊ fugat totaliter nō intelligere priuatiuū qđ est ignorare. Et sicut esse dei nūq̄ est incipiens nūq̄ ō̄ sinens. Ideo est eternū et p ꝯn̄s ipm intelligere. Item sicut esse dei est infinitum sine mēsura ita ⁊ intelligere. Et ita sicut esse dei nō pōt restringi per nō esse ita intelligere dei nō pōt restringi per nō itelligere ⁊ iō i suo itelligere est oē itelligere et q̇cq̇d ptinet ad intelligere Et sicut ad esse dei nō potest fieri additō nec diminutō nec aliqua mutatio. Ita nec ad intelligere dei. Et ideo sicut esse dei nō est in potencia ad aliquod eē nec aliud pōt recipere. Ita itelligere dei nō est in potencia ad aliquod intelligere nec in suo intelligere potest aliquid recipi. Et ideo sicut suum esse est semper in actu cōplettissimum pfectissimum ita suū intelligere.

Ulterius sicut suū esse est imutabilissimū et ideo nō decurrit ab vno in aliud nec hȝ pteritum nec futurum sȝ tantum esse p̄ns. Ita suum intelligere non decurrit ab vno i aliud nec hȝ pteritū nec futurum sȝ tm̄ presens et ideo omia sunt ei p̄n̄cia ab eterno et in eternum. Item sicut de⁹ non indiget aliquo alio ad essendū. ita nō indiget aliquo alio ad intelligendum. et sicut de se ipo est ita de se ipo intelligit. Et qꝛ esse dei est infinitum ⁊ ipse ꝯtinue intelligit suum esse. Ideo semper intelligit in infinitū. Et qꝛ in ipso est tot⁹ mūdus et quicquid potest esse in eo. Ideo quia semper intelligit suuȝ esse continue intelligit et videt totum mundum et omnia que possunt esse. Et quia in suo esse sunt omnia simul. Ideo simul omnia intelligit videt et cognoscit per suum esse quod est speculum vniuersale.

Propterea quia perfectissime itelligit se ipm qꝛ tm̄ ē suū itelligere q̄tū ē suū eē iō intelligit se hr̄e eē eternū et se viuere in eternū̄ et eē imortalissimū ꝯpletissimū omipotētissimū totalit̄ ⁊ plenissime intelligit suū eē tale q̇le ē. et qꝛ idē ē esse ei⁹ q̄ suū intelligere. Iō sēp ⁊ cōtinue intelligit suuȝ intelligere

Item qr in ipo esse dei sunt ifi-niti grad⁹ essendi actu vt ꝓbatū est. Et qr ipe intelligit totaliter suum esse. Ideo simul intelligit infinitos grad⁹ essēdi intelligendo suum esse. Ulterius qr duo sūt esse tm̄ vt ꝓbatum est scꝫ esse dei infinitū ⁊ esse mūdi ꝓductum ab eē dei cōtinēs quattuor grad⁹ generales ⁊ q̄libet grad⁹ ꝯtinet quasi inumerabilia esse. Et qr totum eē mundi est ꝓductum ab eo iō simlʼ actu intelligit cognoscit et videt totum esse mūdi oēs grad⁹ spēs et naturas et oīa indiuidua et q̄cquid cōtinetur in toto mundo et quicquid fuit est et erit et pōt eē. Ideo simul et actu videt et nūe-rat totā arenam maris oēs guttas eius oēs partes terre et oīa que cōtinētur in terra et in visceribus terre. Oēs stellas celi oēs dies oēs horas oīa momēta temporis que fuerūt sunt et erūt. Et oēs herbas et virtutes eaꝝ oēs arbores et oīa folia oīa seīa ⁊ grana. oēs aues pisces et aīalia oēs homines qui fuerūt sunt et erūt. Et cogitationes itētiones corda et desideria oīm hoīm. opera et v̄ba oīa simlʼ cognoscit ⁊ videt clarissime ⁊ nihil est ei occultū. Ecce qualiter suum intelligere est infi-nitum et in cogitabile ⁊ ita necesse est ipm̄ esse et Oia sunt tanq̄ nihil apud eū. Preterea qr nūeri pn̄t multiplicari in infinitum ⁊ etiam figure. ⁊ ideo ipse intelligit simul et actu infinitos numeros et infinitas figuras vt triangulū quadrangulū et sic de alijs que multiplicātur in īfinitū. Et iō sciēcia dei ē infinita innumerabilis incogitabilis et sapiencie ei⁹ nō est numer⁹. Rursus sicut cōparatum fuit esse ad uō esse. Ita po-tes cōparare intelligere ad nō intelligere. qr sicut est duplex nō esse negatiuum et priuatiuum. Ita est duplex nō intelligere scꝫ negatiuum et ꝓuatiuū. Et ideo qr intelligere dei est ꝓmū. et ipe de⁹ ē intelligere et iō nō veit de nō itelligere nec pōt habere nō intelli-gere priuatiuū quod vocatʼ ignorare siē ignorācia. Sed oīs alia res que intelligit recipit de nō intelligere suum intelligere sicut de nō esse. Ideo nō pōt habere ipsū totum intelligere sicut nec totum eē. Ideo oēe aliud intelligere est finitū et mēsuratū nec pōt aliqua alia res intelligere infinita simul nec successiue. Et qr oīs alia res q̄ intelligit habuit de nō itellige-re suū intelligere. Ideo pōt hēre post itelligere n̄ itelligere siē post esse nō esse. Et nisi manuteneatur ab ipso deo qui ē esse et intellige-re statim rediret in nō esse ⁊ nō intelligere. Et sicut deus habet omnem potestatem supra nō esse q̄a est ipm̄ esse et supra nō viuere eo quia est ipm viuere et supra nō sē

tire q: est ipm sentire. Ita etiaz su
pra nõ intelligere et ignorare co
q: est ipm intelligere. Ideo potest
deducere quicquid vult de non
esse et de nõ intelligere ad esse ⁊ in
telligere et similiter de ignorare
ad scire.

Quedem regula generalis ad
oia que dicuntur de deo.

Ursum ponēda est quedem
generalis regula ad oia p̄-
dicta et sequētia et est ista

Qđ sicut in deo idē est esse qđ
viuere idē est esse quod sētire. idē
est eē quod intelligere idē est esse
qđ vez esse idē ē esse quod bonū
esse ⁊ sic de oibus. Ita p oppositū
in deo idē est nō esse ꝙ nō viuere
ꝙ nō sentire ꝙ nō intelligere ꝙ n̄
bonū esse ꝙ nō vez esse et sic de
oibus. Ergo qui dicit deū nō vi-
uere dicit deū nō esse et q̄ dicit de
um nō intelligere dicit deū non
esse. et qui dicit deū nō bonuz eē
vel non vez vel nō iustū vel non
posse vel aliquā aliā impfectionē
dicit deum nō esse. Ergo sicut im
possibile est deū nō esse ita impos
sibile est deū non viuere nō intel-
ligere non esse bonū et sic de omi
bus alijs. Et sicut deus fugat a se
per suum esse om̄e nō esse. ita fu-
gat om̄e nō intelligere per suum
intelligere. om̄e nō posse p suum
posse om̄e non esse iustum omne
non bonū esse n̄ vez ⁊ sic d alijs.

Quod per intelligere ꝓbatur
deum nō esse corpus nec res coz
poralis.

Uoniam quidē iam ꝓbatū
est ꝙ in deo idē est eē quod
intelligere et intellect⁹ q: vero in
telligere est nobilissimū esse et su-
premū. et altissimū. Ideo intelli-
gere trahit ad se oia alia sc3 esse
viuere sentire et cōuertit ad se
Ideo totum esse dei ē intellectua
le spiritualc et similiter totū viue
re dei est intellectuale et similiter
totum sentire. Et quicq̄d in deo
est totū est spūale et intellectuale
Et q: esse dei est simplicissimuz p
se exn̄s sine partibus. Ideo totuz
est pure intellectus et ideo intel-
lectualissimum et spūalissimū. Et
exinde sequitur ꝙ esse dei nō est
corpus nec corporale q: intellige
re seu intellectus nō est corp⁹ nec
corporalis nec de natura corpo-
ris. et hoc ꝓbatur per quartū gra
duz scale q: intelligere nō est ope
ratio corporalis nec fit i corpore.

Quod idem ꝓbatur per senti-
re et viuere.

Tem etiam nec viuere est
corpus nec sentire q̄uis vi
uere sit iunctum et alligatū cum
corpore et etiam sentire q: viuere
seu vita et corpus duo sunt reali-
ter distincta. vnde nō est de natu
ra corporis ꝙ viuat nec sentiat q:
inuenitur corp⁹ sine viuere et si-
ne sentire vt patet in primo gra-
du scale q: oia sunt corpora que

non viuunt nec sentiunt. g̊ viuere seu vita nec sentire seu sensꝰ ñ sũt corpus nec de ratione coporis qꝛ tunc om̄e corpꝰ viueret et sentirꝫ sed sunt iũcta cũ corpore et recepta i corpore. Et iō corpꝰ pōt separari ab ipo viuere et sentire vt ptꝫ qꝛ qñ arbores perdunt vitã et viuere remanent corpora sine viuere et sentire. g̊ aliud est corpꝰ aliud viuere et aliud sẽtire vt qñ aĩalia moriũtur remanent corpora sine sentire. Igitur aliud est viuere ꝛ sẽtire ab ipo corpore Et qꝛ ĩ deo est viuere nō receptũ nec iunctũ cũ aliquo sꝫ simplicissimũ sequiť ꝙ in deo nullũ est corpꝰ nec deꝰ est corporalis sꝫ totus spũalis.

Quod solus homo pōt intelligere et cognoscere deum in hoc mũdo et ꝓpter hoc hꝫ ĩtellectum

E qꝛ deus est totus intellectualissimus ideo non visibilis occulo corporali qꝛ nullum colorem hꝫ nec aliquaꝫ figuram nec est palpabilis nec per aliquẽ sensum corporalem sensibilis q̇a sensus qui sunt cões nobis et bestijs solũ apprehendũt et senciũt corpora et accidẽcia corpoꝝ. vt visus apprehendit colores figuras et lucem corporalem et auditus sonos qui fiunt in aere qui ē corpus. et odoratus odores et gustꝰ sapores. et tactus calidum et frigidũ et. cetera. Et quia deus est solum res intellectualis et spiritualis nō potest cognosci nec videri nec apprehẽdi nisi per intellectũ et per intelligere quare seq̇ť ꝙ solus hō in mundo pōt cognoscere et apprehẽdere deũ et ꝙ aĩalia bruta nullomō pñt cognoscere ipsum deũ. Et ideo ꝓpter hoc hō hꝫ ĩtellectũ vt possit cognoscere conditorem suum.

Quod i infinitũ ĩtellectualia ꝛ spũalia excedũt corporalia et sensibilia et ꝙ visibilia nihil sũt respectu inuisibilium.

Uoniam aũt iam infallibiliter monstratũ est ꝙ esse dei est infinitũ et sine mẽsura et ꝙ in esse suo sunt oĩa esse actu. Et quia totum esse suũ est intellectuale spirituale et inuisibile. Et ista corpora visibilia et sensibilia sunt ꝓducta de nō esse et sũt finita et mensurata Sequiť g̊ ꝙ iuisibilia ĩtellectualia et spũalia sine mẽsura excedunt corporalia et sensibilia et per ꝯñs ꝙ ista visibilia que apparent nobis sunt quasi nihil ꝑ cōparationẽ ad inuisibilia q̄ nō apparent qꝛ inuisibilia nō hñt mensuram nec terminũ. Ideo ciuitas et regnũ inuisibiliũ nō habẽt mẽsuram nec clauditur ipa ciuitas nec terminať neqꝫ ipm regnum.

Et cũ intellectus hoĩs sit factus ad intelligendũ intellectualia et ĩuisibilia et sensus ad senciendum sensibilia. Cũ etiã sicut sensibilia sunt bona ipsiꝰ sensꝰ ita ĩtellectua

lia sunt bona intellect⁹ Sequitur ꝙ bona intellectus sūt infinita et bona sens⁹ sunt finita. Et ꝙ bona intellect⁹ sunt eterna immutabilia inenarrabilia ⁊ semp exñcia sꝫ bona sens⁹ sunt de nouo facta mutabilia variabilia nō semper existentia.

Sequitur de velle et libero arbitrio.

ma amicicia cum deo cratore suo quantum igitur poterit gaudere qui talibus bonis habundat et quia quantum aliquis amat aliū tanto gaudet de bono eius. Et ideo si quis alius haberet simile bonū et simile gaudium quē alter amaret tanquam se ipm tm̄ gauderet de bonis illius sicut de bono suo et sic multiplicat gaudiū. Et si esset ali⁹ tertius quē amaret sicut seipm habere simile gaudium et nōmin⁹ etiam gauderet de illo quam de seipo et sic triplicaretur gaudium eius. Et si essent decem quos diligeret sicut seipm qui haberent simile bonum sicut et ipsemet tot gaudia haberet quia quātum gaudium aliquis hz de aliquo tātū gaudet in seipso et quantum gaudet aliquis de bono alterius tm̄ ipz diligit. Si autem essent mille quos amaret sicut seipm qui haberent simile gaudium sicut ipse tm̄ gaudebit de quolibz sicut de seipo et sic haberet mille gaudia quia ad multiplicationem amoris multiplicatur gaudium. Et quia iam mōstratum est quod qui primo amat deum amabit omnem alium hoiem sicut seipm et ois quicunque amabit deum primo habebit oia bona supradicta. Igitur si innumerabiles sint hoies hñtes similia et eadem bona innumerabilia erunt gaudia cuiuslibet quia nullus minus alium quam seipm diliget et ideo nō aliter gaudebit quam pro singulis alijs quam pro seipso. Si igitur homo de tanto suo bono vix poterit capere suum gaudium. quomō capax erit tot et tantorum gaudiorum. Et insuper quia vt dictum est quantū aliquis diligit aliquē tm̄ gaudet de bono eius et ideo quia post hāc vitam vn⁹ quisque plus amabit deū sine cōparatione quam seipm et quam oms alios secum et ideo ita gaudebit pl⁹ absque estimatione de bonis ipsius dei que hz et de suo gaudio quam de suo proprio gaudio et oim aliorum secum quia quātū amor crescet neccesse est vt gaudiū crescat. Ecce igr mltitudinē et maitudinē gaudiorum et habundāciā quā quilzque primo amauit deum colliget ex amore dei si plantauerit in seipo primo Ecce quos fruct⁹ et in quanta multitudine et multiplicatōne colliget. Et iō oia ista erunt eterna que nūquam defficient quia amor dei ex quo oia orient erit etern⁹ et indeffeciēs et sic radix et fruct⁹ ineternum durabunt et sic ineternū viuet hō de tot et tantis fructib⁹ eternis et indefficientibus. Ecce quot et quales fructus colliget aia de ipo amore dei tanquam de vno semine et de vna radice in voluntate plantata tanquam in agro spūali. declaratus est igitur finalis et vltimus fruct⁹ qui nascitur ex dei amore quando erit prim⁹ Uidete igitur et notate ordinem totius processus. Primo enim fuit in-

uenta obligatio amorꝫ scdo natura amoris ꝛ tertio fruct⁹ amoris qui est gaudiuꝫ. Sic igit̄ oīa nos obligant ad amorē et oīa fctā sūt ꝛ data nobis ꝓpter amorēꝛ amor est ꝓpter gaudiuꝫ et gaudiū ꝓpt̄ nihil aliud ꝙ gaudiū ipmmet. In tribus igitur tm̄ totū cōcluditur in obligatione in amore et in gaudio. Tot⁹ igitur ordo creaturaꝝ tota scala nature ōndit nobis̄ obligationē ad deū et debitum amoris et gaudiū ex creaturis manifestatur obligatio ex obligatione maifestatur debitū amoris. Et ex amore manifestatur gaudiū et sic per scalā nature cōtinue ascendimus de bono in meli⁹ ꝛ de īfimis ad bona suprema ꝛ summa ꝛ hoc cum dei auxilio

De fructu qui nascitur ď amore proprio et priuato seu sui ipsius seu voluntatis ꝓprie ꝛ ōnditur ꝙ de tali amore nō pōt nasci verum gaudium sꝫ sophisticū deceptiuū et apparens qꝛ int⁹ portat tristiciam latentem que nascitur post gaudium.

Uoniām autē iam dictum ē ꝙ quando hō habet rem quem vult et amat vel etiam sperat certitudinaliter habere tunc exinde sequitur gaudium et ideo de amore sue proprie voluntatis potest generari gaudium qꝛ qui amat suā ꝓpriam volūtatē vult et amat sibi ipsi ꝓpriaꝫ laudā ꝓpriū honoreꝫ ꝓpriam excellentiaꝛ gloriam et hoc est ex parte anime. vl't etiam ꝛ amat sibimet voluptates ꝛ delectationes corporis ꝛ ꝑ cōsequens vult et amat omnia alia q̄ valent ad habendum illa sicut sunt bona exteriora dignitates officia et sciencie. Et ideo quia homo dum viuit in hoc mundo potest habere omnia predicta scꝫ honorem laudem excellentiā gloriam et delectationes corporis et illa que valent ad hoc. Ideo potest gaudere et habere gaudium. Et quia oīa ista perdi possunt et destrui et non durant sed transeunt et homo timet perdere ea. Et etiam quia qui amat aliquam rem hꝫ odio om̄e illud quod destruit eam vel potest diminuire. et ideo qui amat oīa supradicta necessario hꝫ odio oīa illa que pn̄t ďstruere et diminuere ꝓpriū honorem ꝓpriā laudem excellentiā et ꝓpriā voluntatem et oīa q̄ valent ad hoc. et exinde sequitur ꝙ ex tali gaudio nascitur tristicia et sic tale gaudium conuertitur in tristiciam quia ex tali timore et odio sequitur tristicia et ex perditione et destructione talium Et ideo tale gaudium falsum est vanum deceptiuum apparens et sophisticum quia intus portat et abscondit tristiciā maiorā ꝙ sit gaudiuꝫ

Et sic de amore ꝓprio nō pōt nisi falsum gaudium nasci sophisticū apparens et deceptiuum.

De ꝯdicionib⁹ et ꝓprietatib⁹ ꝛ indumētis quib⁹ indutū ē gaudiū quod nascit̄ de amore sue proprie volūtatis seu ꝓprio amore.

Quia qualis est radix tale est illud quod ex radice sequitur ideo necesse tale gaudiū erit qualis est amor ex quo oritur. Et ideo ex ꝓprietatib⁹ et ꝯdicionib⁹ amoris ꝓprij concludim⁹ ꝓprietates et ꝯditiones isti⁹ gaudij. Et q2 iam cōclusū est ꝙ amor ꝓprius et sue ꝓprie volūtatis est in ordinat⁹ in iust⁹ in debit⁹ tortuosus falsus viciosus corruptus in mūd⁹ ꝯtra naturaȝ hois īꝙtū homo est et contra totum ordinē vniuersi contra omēs creaturas pessimus turpissim⁹ nequissim⁹ malignus ymo est primū malū et radix omniū maloruȝ. Primuȝ vicium primū venenū prima mors prime tenebre ꝑma cecitas prima falsitas primū mendaciū et radix omniuȝ mendaciorū prima in iusticia prima turpitudo. Et iō gaudiuȝ quod nascitur de tali amore neccessario est in ordinatum in iustū in debitū falsum viciosuȝ corruptū malum pessimuȝ nequissimum in ordinatum turpissimum venenosū mortale tenebrosum q2 talis est radix vnde nascitur. Tale aūt est gaudiuȝ quod quis habet de amore honoris proprij laudis proprie excelentie et glorie et de voluptate carnis ꝛ de omnib⁹ que habet propter ista. Et q2 vbi est gaudium ibi est leticia delectacio exaltacio ideo etiam tali leticia talis delectatō tal' exaltatō tal' cōplacentia sūt maline pessime ī ordinate in iuste. Et quia iam declaratum est ꝙ amor propri⁹ seu proprie voluntatis est dirrecte et totaliter contra deū preter deum et sine deo aduersus deum extra deū inimicat̄ deo ꝛ ꝯstituit homieȝ in imicū dei capitalem eo q2 qui amat ꝑmo ꝓpriaȝ suā voluntateȝ facit se ipm deū ꝛ auffert quantū in eo est suā ꝓpriaȝ coronā a deo scȝ ꝑuilegiū sue ꝓprie volūtatis. Jō sequit̄ ꝙ istud gaudiū qd̄ habet hō de tali amore est ꝯtra deū aduersus deū et ꝯtra suā volūtatem et contra suuȝ creatorē ꝛ op⁹ contra suum artifficem. Et quia etiam vbi est amor ꝓprie volūtatis ibi est contempt⁹ dei qui est tantus quātus est de⁹ qui sol⁹ est dign⁹ amari. Primo igit̄ tale gaudiuȝ qd̄ orit̄ de tali amore orit̄ in cōtemptuȝ dei in offensam dei et in iram dei. Et ideo istud gaudium est sūme dei inimicū et auget et cōplet et multiplicat et conformat ꝯtrarietateȝ et inimiciciā ꝯtra deū quia amor ꝓprius in quo est dei contemptus inicium et radix est inimicicie dei iniurie et offense.

Et gaudiũ qḋ nascitur exinde cõplet ipam inimiciciaꝫ et augmẽtat et multiplicat q̄ꝛ dum hõ magis ꝯtra deũ letatur tũc efficitur eius inimicꝰ magis. Et q̄ꝛ gaudium ꝯfirmat amorẽ cõtra deum et ideo confirmat inimiciciã cõtra deuꝫ. Et ideo istud gaudiũ portat abscõdit infra se latenter summũ venenuꝫ maximũ virꝰ pessimam mortẽ q̄ꝛ portat secũ ⁊ abscondit iniuriã creatoris quo nihil est peiꝰ nihil magis noxiuũ nihil magis lesiuũ maluꝫ est em̄ amare cõtra deum et peius et pessimũ et neq̄ssimuꝫ gaudere delectari letari cõplacere et exaltare cõtra deum in iniuriam et offensam dei. Sic igr̄ patenter vidẽtur cõditiones et ꝓprietates quibus inductũ est gaudium quod nascitur de amore sui ipius de amore ꝓprie voluntatis de proprio honore de ꝓpria laude delectatione carnis et de omibus. que seq̄ũtur ad ꝓpriũ amorem qm̄ tale gaudiũ est inordinatum iniustũ i debitũ falsum vicio suꝫ mẽdax corruptũ imũdũ maligmuꝫ pessimũ venenosum mortale cõtra naturã homis cõtra totũ ordinem vniuersi cõtra om̄s creaturas sine deo ꝑter deũ extra deũ et cõtra deũ momẽtaneuꝫ fluens nõ permanẽs in momẽto trãsiẽs portans secũ et abscondens intra se tristiciam et dei iniuriã et offensaꝫ. Ecce igitur que nascuntur de amore proprio dũ homo viuit in hoc mundo.

De comparatione duoꝝ gaudiorum adinuicem cum duobus amoribus.

Sicut autem sunt duo amores contrarij et capitales inimici. ita sũt duo gaudia adiuicẽ contraria et totaliter inimica et ideo sicut duo amores ꝑmi scilꝫ amor dei et amor sui ipsiꝰ nõ possũt simul esse in valũtate sꝫ neccessario ad inuicẽ se destruunt et expellũt vnũ fugat aliud ꝑmũ gaudiũ qḋ oritur de amore dei nascitur de veritate et ẽ verũ scḋꝫ gaudiũ quod nascitur de amore suipsius nascitur de falsitate et est falsũ. Primũ qḋ nascit̄ de amore dei nascit̄ de iusticia ꝑma scḋm gaudiũ oritur de ꝑmo vicio et radice oĩm viciorũ. Primũ nascit̄ ex radice oim̄ bonoꝝ et scḋm de radice oĩm maloꝝ ꝑmũ oritur de eternitate scḋꝫ orit̄ ḋ vacuitate ⁊ vanitate ꝑmũ orit̄ ḋ icorruptibl'tate scḋꝫ de corruptibilitate primũ orit̄ de deo et est scḋm deũ. scḋm oritur sine deo et extra deũ et est ꝯt̄ deũ. Primũ gaudiũ ꝯiungit solidat sociat et ꝯfirmat hoĩeꝫ cũ deo scḋꝫ elõgat separat et ꝯfirmat ext̄ deũ Primũ gaudiũ auget ⁊ mltiplicat amiciciã cũ deo scḋm gaudiũ mltiplicat et auget iimiciciã cũ deo. Primũ cõplet saciat et dulcificat voluntatẽ. scḋm amarificat debili

tat euacuat voluntatē et facit eaꝫ
fluctuātēꝫ inq̄etū instabilē esuriē
tem et famescentē. Primū ē scđm
naturā hōis inq̄tū hō ē scđm est
cōtra naturā hōis inquātū hō ē
Primū ē scđꝫ naturā vniuersi et
oīm creaturaꝝ. scđm ē cōtra natu
ram vniuersi ⁊ oīm creaturaꝝ. pri
mū ē durās ꝑpetuū et ꝑmanēs
scđm ē fluens nō ꝑmanēs nisi per
momētū. Primū gaudiū qđ na-
scit̄ ex amore dei pōt haberi sie la
bore sine expensis sine adiutorio
alioꝝ. Sꝫ scđm quod nascitur ex
amore sui ipsi⁹ nō pōt haberi nisi
cū expēsis cū labore cū multitudi
ne reꝝ cū dāpno alioꝝ et destru
tione. primū nūq̄ ꝯuertit̄ in tristi
ciam. Sꝫ scđm semꝑ ꝯuertit̄ ī tri
sticiā et dolorē. Primū facit hoīeꝫ
benignū suauē et mēsuetū. Sed
scđꝫ gaudiū facit hoīeꝫ malignū
crudelē et pessimū. Primū gaudi
um mlt̄iplicat auget ꝯseruat nu-
trit pacē veritatē ꝯcordiā amicici
am et oīe bonū inter hoīes. Sꝫ
scđm mlt̄iplicat auget fortificat ⁊
crescit litē diuisionē discordiā ini-
miciciā et destructionē oīm virtu
tum et oīe malū inter hoīes. Itē
ex primo nullū pōt sequi malum
nec vllū scandalū sequi. Sed ex
scđo nūq̄ pōt sequi nisi malum et
scandalū. Primū excitat ad op
andum oīe bonū. Sed scđm ex-
citat ad oꝑandum oīe malum.
Primū est vtile salutiferꝝ laudabi
le amabile desiderabile gliosū ho
nestum et ꝯm naturā et rōnē. Sꝫ
secundū ē inutile et mortiferꝝ vi-
tuperabile odibile ignomiosū in
honostum cōtra naturā ⁊ ꝯtra rō
nē. Primū est cā rō et motiuū
quare sit oīe bonū op⁹ Sed secū
dum gaudiū ē cā motiuū et rō
quare fit oīe op⁹ malū. Primū
gaudiū semꝑ ꝑficit hñti. Sꝫ se-
cudū gaudiū semꝑ ē dāpnosum
⁊ nocet hñti. Primū gaudiū ē quo
nihil placibilius deo ē. Sꝫ secun
dum gaudiū ē quo nihil deo di
splicibili⁹ et magis odibile. Pmū
gaudiū auget amorē et desideri
um oīm bonoꝝ. Sed secundum
gaudiū auget amorē et desideriū
oīꝫ maloꝝ et vicioꝝ. Primū gau
dium est ꝯuenietissimū nature ho
mis iq̄tum hō ē. Sed secundum
gaudium ē disconuenietissimū ex
traneissimū et ꝯrium nature ho
mis iq̄tum hō est. Et ideo nihil
peius in hoīe nihil mortali⁹ nihil
magis dāpnosū. Primū gaudi-
um illuiat et clarificat intellectū
Sed secudū gaudiū obtenebrat
et excecat intellectū ymo cōplet
cecitatem aīe. Primū gaudiū est
summe remunerabile. Sꝫ scđm
est sūme pugnibile et cā omis pu
gnitionis et ꝑpter ipm debet sū-
ma pena. Ecce ḡ quātum malum
natum est generatū et ortum in
corde et volūtate quādo in ea na
tū ē et ortum tale gaudiū vene

nosum quanta malignitas quan-ta malicia etc.

Regula ad comparendu3 ista duo gaudia vt comprehendentur omnia ista.

Ut autez predicta oia facilius cōprehendantur debēt ista duo gaudia comparari pmo penes conueniencia scdo penes differentiam. Penes conueniciā pueniunt q2 ista gaudia conueniunt i noie q2 vtrūq3 vocatur gaudium q2 vtrūq3 h3 esse in voluntate. Item pueniūt q2 oia que sunt fiunt pter gaudiu3 vl' vnu3 vel reliquum. Sed dfa istoꝝ gaudiorum capit' cōparando ipa vel ad radices. vnde oriunt' sc3 ad duos amores primos. vel ad deum vel ad operationes et effectus quos faciunt in natura hominis vel ad ipsas creaturas. et sic diuersimode poterimus videre que attribuuntur vni gaudio et que alteri et que proprietates et cōditiones vtrorunq3 Igitur exercitate nūc in duobus amoribus nunc i duobus gaudijs modo consideran-do vnum perse mō comparando vnum cum alio et sic habebis magnam cognitionem de bono et malo hoīs inq̄tum hō est. Cōsiderandum tamen est q gaudium est illud quod super omia appetitur desiderat' 7 queritur 7 omnia deriderantur propter ipsum gaudium et ideo ipm gaudium statim trahit hoiem ad se q2 talis nature est. et iō oīs deceptio fit rōne gaudij 7 null9 decipitur nisi pter gaudium. et iō gaudiū iquātum gaudiu3 semp attrahit et semper appetitur. Sequit' etiā q malum gaudium atrahit ad se 7 appetitur nō q2 malu3 s3 q2 gaudiū quod importat delectationem. Inde excecat hominē et totū cōuertit ad se et dñatur totaliter homini. nihil aūt fortius q gaudiū et delectatio quia oia vincit omnia ad se trahit omnia ad se conuertit oībus dominatur: Ideo super omnia malignum gaudiu3 et deceptorium est fugiendum.

De finali fructu qui nascitur post hanc vitam de amore propo et de suo malo gaugio. Et ostenditur q vera tristicia que fine3 ñ habet est finalis fructus amoris proprij et sui gaudij.

Uoniam autem iam monstratum est quale et quantum gaudium nascitur in voluntate post hanc vitam ex amore dei. Exinde concluditur q vbi non erit amor dei est priuatio illius talis et tanti gaudij. Erit etia3 priuatio īfinitorū gaudioꝝ sed ñ solū erit puatio talis gaudij

sed priuatio perfecta et pura ois gaudij et per ꝯñs nō erit nisi pura tristicia. Unde voluntas est talis nature ꝙ in ea pōt gñari gaudium vel tristicia qꝛ aliqñ hꝫ qđ vult et nō hꝫ quod nō vult et aliqñ nō hꝫ quod vult ⁊ aliqñ habꝫ quod nō vult et aliqñ hꝫ quod sū me hꝫ odio et nō pōt a se expellere. Non eñ maior tristicia ē ꝙ̄ nō habere nec posse habere illud qđ homo semper vult et cōtinue desiderat. Neqꝫ maior est tristicia ꝙ̄ habere semper et ꝯtinue in se ipo illud quod hō nō vult et summe hꝫ odio et nō posse a se expellere si illud sit in sua volūtate. Et qñ aīa post hanc vitā priuabitur omnibus que amabit et nihil habebit quod amet qꝛ nō habebit nec proprium honorē nec laudē et iō priuabitur oī gaudio qđ habebat dum viuebat in mūdo et nullum gaudium bonū nec malū poterit habere et qꝛ erit etiam dei amore priuata qꝛ secū nō portabat amorem dei qꝛ erit totaliter extra amorem dei. etiam nullū gaudiū poterit habere et sic erit priuata omni gaudio tam bono ꝙ̄ malo. Et qa aīa post hanc vitā erit exuta a corpore et a carne. Ideo etiā ipa aīa tota reducetur ad seipam et cognoscet seipam qꝛ erit ꝯñs sibi ipi Ideo cogitabit certe seipam et sciet et intelliget ꝑpter quē facta erat et quot bonū habitura erat ⁊ quantum bonū perdidit et ipa cognoscet ꝙ ipsamet fuit in cā quare priuata est tāto bonoꝝ ꝙ ipa fuit in culpa et ideo sibimet imputabit. ⁊ cognoscet clarissime ꝙ ineternum perdidit et ꝙ nūꝙ̄ habebit et tñ vellet habere et deridera bit ⁊ quāto magis itelliget illđ bonuꝫ quo priuata est tanto magis illud desiderabit. Ecce igitur summa tristicia cognoscere bonuꝫ qđ habitura erat ⁊ quod sibi debebatur scđm suam naturā et neccessario vellet et desideraret illud habere. quia quelibet res neccessario desiderat bonū suuꝫ qñ cognoscit et vltra nō posse habere et scire ineternū se nō posse habere. Cōiūge ista simul et vide qualiter tristicia sequitur exinde. Et qꝛ aīa ñ erit occupata ad cogitanduꝫ nisi circa se ipam. Ideo cōtinue hoc cogitabit et incessanter et nō poterit hoc nō cogitare. et ideo ista cogitacio dabit sibi maximaꝫ tristiciam cōtinuā et eternam. Ulterius etiā qꝛ tunc aīa erit reducta ad se ipam et clare videbit se ipaꝫ ⁊ ideo clarissime videbit suam voluntatem esse inimicā deo eē tortuosam difformā totam peruersā et cōtra naturam suā turpissimaꝫ abbominabilissimā orribilissimā et totā deuiatā. Unde aīa clarissime videbit se totā talem qualis ē Et ideo qꝛ totaliter erit cōtra deū et quicqđ est ꝯriū deo neccessario

eſt turpiſſimū horribiliſſimū et to
taliter deuiatum eo qꝛ deus ē pul
cherrimus ordinatiſſimꝰ etc͡q. et iō
aīa que erit cōtraria deo neccessa
rio erit per oppoſitum. et iō qꝛ ani
ma cognoſcet et videbit ſe eſſe ſic
medio et videbit ſe eſſe talē vt di-
ctum eſt et qꝛ totū hoc erit contra
naturā ſuā ⁊ nō deſiderabit habe
re et tñ habebit. etiā qꝛ neccessa-
rio habebit odioſum malū ſuam
difformitatē ſuā turpitudinē ſuā
ꝯfuſionē ſuam abbominationem
Quomodo eñ non habebit odio
oīa illa in ſe ipſa cū habeat odio ī
alijs rebus. Et ideo ex tali odio
gñabitur ſumma triſticia in aīa. et
qꝛ habebit ſemꝑ odio ſuū malum
et vellet expellere a ſe illud quod
ſūme odio habet. et ſic ipā aīa erit
ſibi ipſi cā ſumme triſticie et talis
triſticia erit ꝯtinua ⁊ eterna quia
aīa erit ſemper pñs ſibi ipī ⁊ ita ex
ipāmet orieť ſibi ſua triſticia ⁊ iō
habebit odioſe ipām ſumme ⁊ vel
let nō eſſe eo qꝛ nō poterit ſuſtine
re nec tollerare ſe ipām ꝑpť horri
bilitatē difformitatem ⁊ turpitudi
nē. qꝛ nulla maior turpitudo nul-
la maior difformitas nulla maior
horribilitas ꝙ ipſiꝰ voluntatis et
aīe nihil magis odibile nihil ma
gis diſpliſſibiľe ꝙ volūtas turpis ⁊
difforis. ⁊ ſic ī ipā aīa erit fōs ori-
go ⁊ radix eterne triſticie. ⁊ oīa iſta
hñt ortū ex amore ſui ipīꝰ ex eo qꝛ
aīa ꝑmo amauit ſuā volūtatē ⁊ oīa
amauit ꝑpter ſuā volūtatē extra
deum cotra deū extra voluntatē
dei ⁊ cōtra dei voluntatē. Et ſic ex
amore tali ſequitur ſūmū odium
ſui ipius et ex ſūmo odio ſumma
triſticia. et loco amoris proprij ge
neratum eſt odiū et ipm odiū eſt
radix et origo triſticie. et ipā aīa
erit tota plena odio qꝛ nihil erit ī
ipſa niſi odiū Sicut eñ amor dei
eſt radix eterni gaudij. ita odium
ſui ipſiꝰ erit radix eterne triſticie
et ex odio ſui ipius ſequitur odiū
gaudij dei qꝛ aīa tūc vellet nō eſſe
et nō poterit nō eſſe. Et ideo nec-
ceſſario habebit odio deū qui de-
dit ei eſſe et qui manutenet ipām
in eſſe. Et iō vellet deū nō eſſe vt
ipāmet nō eſſet. Et qꝛ deꝰ nō pōt
nō eſſe. Ideo erit ſumma triſticia
ex hoc in aīa. Item habebit o-
dio oñem creaturā qꝛ vellet ꝙ ni
hil eſſet nec ipā nec res nature et
hoc non poterit eſſe. Etiam ex
odio ſui ipius ſequitur odiū om
nium que ſunt vt ſicut ꝑus ama-
uit ſe ipām et ꝑpter ſe amauit oīa
alia. Ita poſtea ꝑmo hēbit odio
ſeipſam ⁊ omia alia habebit odio
ꝑpter ſe. ⁊ ſicut ꝑmo nō gaudebit
niſi ꝑpter ſeipām ſcḋm ſeipām ⁊ de
ſeipā extra deū totaliter. Ita po
ſtea oīs triſticia orietur ſibi ſcḋm ſe
ipām ꝑpter ſeipſam ⁊ de ſeipſa. Et
ſicut prius nihil placet ſibi niſi ꝑ
pter ſeipām. Ita oīa ſibi diſplicēt
ꝑpter ſeipām et ipāmet ſibi diſpli

cet sicut sibi ipsi ꝑus complacuit Et sicut prius fuit amica sui ipsius ita postea fit inimica sui ipsius ꝑmo. Et sicut ipa aia ꝑus fecerat se tanꝙ deū cōtra deū dādo sibimet ꝑmo amorē et ꝓpt se et ꝑ ꝑñs fecerat in seipa suum pricipiū suū fundamētū suū caput extra deū ponendo se loco dei et faciendo se ipam eē primo amatam. et iō sicut deus si fuisset res ꝑmo amata esset fōs et origo oīm gaudiorum ipsius aie. Ita per oppositū ipamet sibi ipi fit principiū fōs et origo oīm tristiciarum. Et quia aia tūc nō dormi et nec poterit cessare a cogitatiōe sed semꝑ erit in ꝯtinua cogitatione semp erit in actu sicut ignis et semper ꝯtinue intellectus opabitur et memoria et volūtas et iō tūc aia cogitabit oms suas operationes quas fecit et habebit similitudies oīm suarum aperationū i intellectu et in seipa. Et quia oīa opera sua fuerūt fcta extra deū ꝯtra deū ꝯ natura ꝯtra rōnē et cōtra veritatem Iō fuerūt iordinata turpia difformia horribilia de natura sua odibilissima falcissima cōtra seipam cōtra suā ꝓpriā naturā et ipsa aia neccessario habebit odio oīa illa opera et cognoscet turpitudinem difformitatē horribilitatē ꝯfusionem illorum operū. et quanto magis cognoscet tāto magis hēbit odio et tn̄ erūt sibi ꝑmo i memoria i eternū et nūꝙ delebūtur de memoria sed semꝑ viuēt in memoria. sed tn̄ ipa aia nolet videre ea nec cogitare nec recordari sed sēp vellet obliuisci et n̄ poterit et sic erit ex hoc i aia summa tristitia et ꝯtinue hēbit illō in se quod sūme hēbit odio qō nollet videre et cōtinue recordabitur de illis de quibus nollet. Et sic oms sue cogitationes oēs actus sui oīs memoria oīs cognitio hoīs visio oīs recordatio ome suū velle ome nolle ome desideriū et quicquid in aia est esse erunt sūme a spa et summe amara et sūme ꝯtria ipsi aie et erit i tormētis cōtinius in eterna tristicia et erit pena ipsius aie sine fine eo quia semp viuet semp erit semp durabit et ineternū nunꝙ senciet dulcedinē nec suauitatem quia cōtinue erit in tristicia et odio sed senciet purā amaritudinē et asperitatem cōtra naturā suā que sp appetit dulcedinē suauitatē et delectationē et gaudiū. Et sic possumus cōcludere ꝙ aia dū viuit in mūdo et viuit extra deū et facit sua opera contra deū ipsa semp et continue multiplicat thesaurizat et cōgregat illa bona. Vn̄ oritur sibi postea etna tristicia et ita ipsamet aia facit sibi ipsi suā penā suā tristitiā suum tormētum. quāta aūt pena sit quātus dolor quātum tormentum habere talem tristiciā cōtinuam infra seipam et de se ipsa et de hijs que habet infra se ipsam cum oia sint ꝓpinquissima ipsi aie qa

ipsamet ē sibi ipsi pñtissima et oia opera sua et cogitatiões sue. Nō est intellectus nō est memoria nō est cor hominis qȯ posset hoc cogitare cū ista tota tristicia sit intellectualis et spūalis et ideo exedit sine cōparatione omem tristiciaȝ corporalē et dolorē. Et sic manifestū est et declaratū ꝙ tristicia pura que fineȝ nō hȝ est finalis fructus qui nascitur ex amore proprio sui ipsius et proprie volūtatis et hoc est mors eterna.

Quod ista tristitia futura nūc occultissima possit videri in clara experientia.

Ista aūt tristicia ista pena istud tormētuȝ iste dolor potest maifestari in vera experiētia multis modis et expimētis manifestissimus pmo sic. Nam p experiēciam videm⁹ ꝙ qñ aliquis poterit hr̄e vnū maximū bonuȝ sibi ꝯueniētissimuȝ per qȯ esset ditat⁹ vel exaltatus et per totā vitaȝ suā complet⁹ vt verbigratia papatuȝ cardinalatū vel episcopatum vel aliquod magnū benefitiū vel etiam aliquod regnum vel ducatuȝ vel aliquod officium et maxime in ppria patria. Et si iste talis perdat tale et tātum bonum per culpam suā et ali⁹ habeat et ipsemet sit in causa et non alius. Nonne totiens quotiēs iste cogitaret se perdidisse tantum bonū per suaȝ culpam videndo ꝙ vnus alius esset ibidem esset et tūc maxima tristitia ita ꝙ sola cogitatio daret sibi maximā tristitiam in corde suo secrete ⁊ quanto magis cogitaret magis tristaretur et quāto magis cognosceret illud esse maius bonum magis tristaretur et tamē tota sua tristitia oriret̄ ex hoc ꝙ sua culpa perdidit. Sic igitur iste in se haberet ꝯtinuam causam tristitie. Ad propositum sic erit de aīa quia tunc cogitabit et videbit et cognoscet clarissime se perdidisse per suā culpam propriaȝ infinitū bonum infinitū gaudium et internū nō habebit et tamē alij habent. Nonne ipsam ineternū continue hoc cogitando tristabitur ⁊ quia incessanter hoc cogitabit incessanter tristabitur et talem cognitionem perdere non poterit. Secūdo potest manifestari. ista tristitia ex parte difformitatis et turpitudinis ipsius anime et suorum operum quia quilibet quantuncūꝙ malus sit abhorret et habet odio turpitudinem ⁊ difformitudineȝ in omnibus rebus suis sicue in omnibus que habet ⁊ amat pulchritudinem in eis. Et quanto magis ille res sunt sibi propinque et intranee et magis care magis abhorret et habet odio in eis turpitudinem et difformitatem ⁊ magis amat ī eis pulchritudineȝ

et de ipsa℞ pulcbritudine gaudet vt magis abhorret turpitudinē i domo sua ꝙ in orto et magis i ve stibus ꝙ i domo ꝛ in ꝓpria ꝑsona ꝙ in in aliena etc̄. Ad ꝓpositū sic igr̄ aīa naturaliter amat pulchri⸗ tudinē et abhorret turpitudinem et difformitatē et quāto maior est turpitudo et difformis tanto ma⸗ gis abhorret et q̄nto magis ē i no biliori re et digniori sibi ꝓpinq̄ tā to magis dolet ita ꝙ hō nō possꝫ pati turpitudinē in reb⁹ suis. Ad ꝓpositū cū aīa que est ꝯ̄tria deo sit turpissima difformissīa in ordi⸗ natissima eo q꞉ deus ē pulcherri⸗ m⁹ ordinatissim⁹. Si aīa videat in se ipa tantā esse turpitudinem tantā difformitatē neccessario ab horrebit odio habebit illā nec po terit amare ymo nec patieꝛ quia cōtinue videbit se ipam et ꝯtinue tristabitur et quāto magis vide⸗ bit se ipam tāto magis odio habe bit illā turpitudinē. Et ꝙtū habe bit odium in seipā nemo pōt co⸗ gitare. Si em̄ de⁹ est summe dele ctabilis et sūme amabilis et dat suum gaudiū de natura sua nec⸗ cesse est ꝙ q̄cquid est cōtra deum sit summe tristabile sūme odibile ꝛ tristiciā habeat de natura sua. Er go neccessario ipa aīa que erit' cō tra deū ꝛ ꝯ̄tria deo erit valde trista bilis et odibilis et dabit tristiciā sibimet cū seipaꝫ videbit. Et si oīa facta ꝭm̄ deū ꝭm̄ rōnē ꝭm̄ mēsurā et ꝭm̄ regulā sunt pulcherrima de lectabilia et amabilia de natura sua. Ergo cū ipa aīa portet secū in seipa tamꝙ in vno libro oīa opa turpia difformia que fecit contra rōnē contra ordinē et cōtra deum ē neccesse ꝙ habeat ea odio ꝛ ab horreat nec ea pōtit amare ymo neccesse erit ꝙ sibi displiceāt sine mēsura. Nō tn̄ ei displicebūt quia sunt cōtra deū ſꝫ q꞉ de natura sua sunt odibilia et difforma et q꞉ sūt cōtra naturā ꝓpriam suā et ꝯtra rationē. Et sic cū aīa nō possit cur rere nec ambulare nisi per duas vias scꝫ per viā amoris dei vel ꝑ viā amoris sui ipsi⁹ semꝑ m'tipli cat sibi ꝛ auget cām sue tristicie vl' gaudij. Si ambulet per viā amo ris ꝓprie voluntatis tūc q꞉ ambu lat extra deū et cōtra deuꝫ. Ideo tūc multiplicat ꝛ auget malū suū et totum apparebit sibi dū separa bitur a corpore et a carne. Item tertio pōt manifestari tristicia aīe q꞉ ipsa aīa sentit i corpore suo do lorem infirmitatē vulnera et mala corporis et lesionē et statim quic q̄d est contra corp⁹ et q̄cquid nō cōuenit corpori et om̄e sup̄fluū in corpore vt patet in occulo in dē⸗ tibus ꝛ in oībus mēbris. ita ꝙ nō pōt pati nec substinere talia i cor pore. Igr̄ multo magis q̄n aīa sen ciet i seipa sua vulnera suaꝫ infir mitatem suū malum et q̄cquid in ea fuerit superfluum et cōtra na⸗

turām suā dolebit et tristabit̄ et h̄
sine cōparatione. Ampli⁹ de quā
to malum erit sibi ꝓpinqui⁹ de tā
to dolor et tristicia erit maior. ꝗ cū
aīa portet secū suum totū malū
dū separabitur a corpore necesse
erit ꝙ sentiat illud in eternū et do
leat. Vñ tunc aīa vulneratur et le
ditur qñ volūtas inclinatur volū
tarie per cōsensum cōtra deū ꝯtra
rōnem contra ordinē rez contra
naturā et contra seipam et talis
īclinatio est suū malū suū vulnus
sua lesio sua turpitudo sua diffor
mitas sua obliquitas sua maligni
tas su⁹ casus sua puersitas iniu-
sticia iordinatio obꝓbriū suuz vi
tuperiū suum vicium ⁊ sua deuia
tio. Et iō tot quot hz inclinatōes
tales et tociēs quociēs inclinatur
cōtra deū et vulnera facit inseip-
sa. Et iō qñ aīa sepabitur a carne
sic vulnerata sic inclinata ꝯtra de
um cōtra rōnē ꝯtra se ipam fit tor
tuosa fit turpis fit difformis fit ꝺ
uiata fit iordinata necessario sen
ciet sua vulnera ⁊ tristabit̄ necessa
rio et maxime qꝛ in eternū rema-
nebit talis qꝛ ista vulnera semper
remanebūt in volūtate. et ipa aīa
tūc cognoscet ꝑ intellectum suum
ꝙ totū hoc ē ꝯtra rōnē ⁊ cōtra ve
ritatē et cognoscet ꝙ totū opposi
tum deberet esse et iō tristabitur i
eternum et quāto magis cogno-
scet magis tristabit̄. et maxime tri
stabit̄ qñ cognoscet ꝙ ipamet vo
luntarie ꝑ seipam sua libertāte nl'
lo cogente seipam talez fecit. Sic
igitur declarata est ipsa tristicia
futura nūc occultissima et eterna
per rōnes et exēpla sensibilia quā
aīa patietur sine fine in se ipa per
seipam et a seipa quā tristitiā ipa
met fecit ⁊ causauit radicauit plā
tauit et fūdauit in seipsa dū erat
cōiuncta cū ꝓpria carne.

Quod nō solū patiet̄ aīa eťnā
tristitiam a se ipa intrinsece⁹ sed
etiā a pena sibi debita a deo iflicta
ꝑ vindictā et iusticiā exterius.

Et qm̄ aīa que ꝓmo amauit
suā ꝓpriā volūtatē fecit ma
ximā iniuriā maximā offensā ma
ximū vituperiū maximū dedecus
deo creatori suo qm̄ de⁹ dz eē res
primo amata solū et ei soli debet̄
ꝓrogatiua ꝓmitatꝭ vt dictū ē ⁊ ipa
aīa remouit deo istā digitatē istā
ꝓrogatiuā et dedit sibi ipi et sue
volūtati iniustissime cui nullomō
debebat̄ et sic dupliciter fecit cōt̄
deū scꝫ inquātū dās et recipiēs ꝓ
mitatē amoris et per ꝯñs fuit ibi
maxim⁹ cōtēpt⁹ sui creatoris q̄ so
lus est dign⁹ ꝓmo amari et deus
creator ē vilissime cōtēpt⁹ ⁊ ꝑ ꝯñs
iniuriat⁹ ⁊ offens⁹ sine mēsura ab
ipsa aīa ⁊ maxime qꝛ ipa se posuit
loco dei ⁊ ꝑ ꝯñs fecit se ipaz deū
ꝗtū in ea fuit et oīa q̄ ei debebāt̄
de iure sibimet tribuit et ab alijs
tribui voluit et a deo remouit ꝗtū

in ea fuit. ꝓulegiū etiā ꝓprie vo-
lutatis qd soli deo debetur singu
larissime et etiam honorez laudē
et gloriaz que soli deo ṗmo debe
batur ab eo abstulit et sibimet de
dit quia etiam semper q̄ sunt pro
pium et singularez honorē et ꝓpri
am laudem ⁊ nō dei. Et voluit ꝙ
illi qui debebant dare deo laudē
et gl'am et honorem darent sibi ⁊
laborarent ꝓ laude ⁊ honore suo
et nō dei. Et sic ipsa aīa in hoc fe
cit se ipsaz inimicā capitalem deo
et ꝯtempsit iniuriauit et offendit
in infinitū deū creatorem suū vo-
lendo suā laudez ꝓpriam et lau-
dez dei destruendo ⁊ nō solū hoc
sꝫ ipa aia hūit gaudiū et delecta-
ta e in honore ꝓprio i laude et i il
lis q̄ sūt cōtra deū et hoc ē maior
offēsa maior iiuria hr̄e gaudiū le
ticiā delectationē ꝯtra deū habe
re placitū complacentiaz contra
deū et ꝯplacere sibi ꝯtra deū. Et
nō solū hoc sꝫ ipsa aīa que primo
amauit suā ꝓpriaz volūtatēz ꝯmi
sit ꝯtra deū creatorez suū sūmam
ingr̄titudinez quia non cognouit
sūma beneficia ⁊ inumerabilia re
cepta q̄ sibi deꝰ contulit icessan-
ter gr̄tis ex sola sua bonitate sine
meritis ꝓpter que ipsa aīa erat ꝑ-
petuo obligata totaliter deo ad
ipm amādūz ṗmo totaliter et su-
pra oīa ad ei ſuiendū et tn̄ illa nl'
lomō ſuiuit deo nec amauit deū
nec soluit sibi debituz obligatōis
sed ſuiūt sibi ipi amauit solū seip
sam ꝯtempnēdo deū et suū amo-
rem. Et tn̄ nō obstātibꝰ istis deū
offendēdo iniuriādo et sūmā ingr̄
titudinē cōmittēdo ipsa aīa ad se
ꝟsa est cōtinue recipiēdo bn̄ficia
creatoris sui et seruicia ab oībus
creaturis eius augmētando igra
titudinē. Quia g̊ aīa contempsit ⁊
iniuriauit ⁊ offendit oīpotentē de
um et cōtempsit ⁊ iniuriauit sum
me bonum sume benignuz sūme
largū et cōtra ipꝫ igtitudinē fecit
īfinitā. Qꝛ ipa exn̄s etiā creatura
sua ⁊ opꝰ suū iuriauit suū opifice
re ⁊ habuit volūtatē ꝯtra ipꝫ crea
torem suū et ipm ipugnit totis vi
ribus toto corde ⁊ posuit se supra
suum creatorē et erexit se in deuz
creatorem suū et inferiꝰ ipm po-
suit et ꝓ nihillo valde reputauit ⁊
ꝙtum in ea fuit adnihillauit ⁊ oīa
ꝓpter seipam amauit et oīa ad su
am voluntatē tanꝙ ad finem vlti
muz ordinauit et tanꝙ ad deū qꝛ
deum et oēs creaturas ꝙtū po-
tuit ad seipam ordinauit contra
dei voluntatē et etiā qꝛ ipsa aīa q̄
portabat ymaginē pulcherrimaz
sui creatoris et nobilissimā deffor
mauit denigrauit fedauit eā ⁊ fe
cit turpissimā sūme difformē sum
me horribilem in iniuriā et cōtēp
tum sui creatoris neccesse ē ꝙ de
ipsa fiat sūma iusticia sūma vindi
cta. Et qꝛ creaturam contempne-
re suum creatorē est sūma iniuria

et cōmittere igratitudinē est sum ma offensa ⁊ sūma nequitia co qꝛ tanta est iniuria et offensa ꝙtus est ille qui est offensus ⁊ tanta est ingratitudo quanta sūt beneficia ac cepta et quanta est largitas et li- bertas tribuentis. et idcirco ipsa aīa lucrata est infinitā penaꝫ ine ternū quotiens mutiplicauit cō temptū dei iniuriā et offensā. Si enī ordinatū est ꝙ qui committit crimen cōtra regiam magestatem corporaleꝫ capite trūcato pugni- tur que pugnitio dꝫ esse aīe ꝯtem pnētis deū oīpotentem ⁊ summā magestatem et qs poterit cogita re pugnitionē sibi debitā. Et quia aīa dum separatur a carne iīmica est capitalis contra deuꝫ et cōtra suā oīpotentiam et iustitiam ideo neccesse est ꝙ ira dei et vindicta ⁊ indignatio veniat supra ipsam tā ꝙ supra suam inimicam formatā et ꝙ dei iustitia eternalitꝰ veniat ⁊ excerceat suaꝫ vindictā cōtra eā. Unde quia contemptus iiuria et offensa facta sūt contra deum qui est iustitia ideo neccesse erit ꝙ ip samet iustitia irrita ⁊ cōtempta et offensa vindicet suum cōtemptū suam iniuriam suam offensam. et quia omīps poterit ⁊ quia summe sapiens sciet vbiqꝫ facere suā vin dictam. Sic ergo contemptꝰ dei et gaudium seu delectatio contra deum et inordinata amicitia ip- sius anime que omia neccessario sūt ꝯiūcta cū amore ꝓprīe volūta tis concludūt de neccessitate pe- nā et pugnitionē īfligēduꝫ aīe ex teriꝰ per vindictam iustitie. quia aīa nō pōt amare pmo suā ꝓpriā volūtateꝫ nec deuiare se nec face re malū nisi cōtēpnēdo i iuriādo offēdendo deū et gaudēdo et de- lectādo ꝯtra ipꝫ et faciādo se iīmi cā ipiꝰ cōtra ipm īfinitaꝫ igratitu dinē cōmictēdo. Ideo vltra malū et tristitiaꝫ perpetuā quā ipamet fecit sibi ipsi iꝙtuꝫ cadit ꝑseipaꝫ incurrit aliā penaꝫ aliam tristitiā ꝑ iustitiā qꝛ incurrit idignatōem dei ⁊ irā ꝑpetuaꝫ eiꝰ et iumā iimi titiā ꝓpter ꝯtēptuꝫ et iniuriaꝫ.

De loco et instrumēto pugni- tōis ꝑpetue. Et oñditur ꝙ locꝰ ō bꝫ esse infimꝰ oīm in quo debent ꝓici feces totius mūdi ⁊ ꝙ ignis eterniꝰ vrens et nō se ꝯsumēs nec lucens erit instrumentum ad cru tiandū eternaliter animam.

Et quia neccesse est ꝙ pu- gnitio ipsius aīe fiat in ali- quo loco et ꝑ aliqđ instrumētum. Iō opꝫ inquirere inquo loco aīa eternalitꝰ collocetꝰ ⁊ pugniatꝰ et ꝑ qđ instruētū fiet vindicta pugnitī onis etne. Et qꝛ causa et origo pu gnitōis ꝑ vindictā iustitie est ipe contēptꝰ dei et gaudiū seu delec- tatio cōtra deū Iō neccesse erit vt pugnitō correspōdeat ipi ꝯtēptui dei et gaudio seu delectatōi. et iō

neccesse erit ꝙ q᷑ aia ꝯtempsit de
um ꝙ ipa sũme cõtempnat᷑ et q̇a
cõtempsit creatorẽ oim creatura⸗
rum neccesse erit ꝙ ipsa aia ab oi
bus cõtempnat᷑ et iõ neccesse ẽ ꝙ
ꝓiciatur in locũ infinitũ ⁊ maxie
longincũ a celo et hoc erit in me⸗
dium terre in quo dꝫ esse inferm⁹
ꝓfundissim⁹. et vt cõpletissime cõ
tempnatur neccesse erit ꝙ feces
oim rex̧ tp̄ralium et corporalium
ibidẽ ꝓiciãtur in quib⁹ ipa aia to
taliter infigat᷑ vt ipsa que ẽ spũal᷑
in ipsis fecibus rex̧ corporalium
imergatur cõtra suã voluntatẽ et
appetitum naturalẽ et sic ab infi
ma materia patiatur ⁊ iõ neccesse
erit ꝙ oms̄ creature a suis fecib⁹
purgent᷑ et oms̄ feces in dicto lo⸗
co ponantur. Et q᷑ delectatio dꝫ
pugniri per suũ cõtrarium scꝫ per
tristitiã et afflictionẽ ⁊ q᷑ ignis su
per oms̄ creaturas ẽ valde afflic⸗
tiuus et iõ neccesse erit ꝙ ipa ma
ligna delectatio per ignẽ pugnia
tur corporalẽ qui cõburet et non
cõsumet se nec interimet et incter
nuꝫ nõ extinguetur nec morietur
nec crescꝫ nec dĩnuetur vt scꝫ ipsa
aia sit aligata inseparent᷑ cõtra su
am voluntatẽ in igne corporali.
Sicut em̄ aia ꝙuis sit spũalis po
tuit delectari et cõplacere in reb⁹
cõplacẽtibus corporalib⁹ inordi
nate et cõtra deũ et rõnem. ita po
terit cõtristari et pugniri et affligi
in eis per iusticiã et ita ipsa dñа
iusticia poterit facere talẽ ignẽ ei
ꝑpetuuꝫ in quo poterit ipaꝫ aiaꝫ
eternaliter pugnire. Uñ sicut aia
potuit alligari corpori per dei vo
luntatẽ ⁊ ordinationẽ vt hõ fieret
ita poterit alligari igni corporali i
separabiliter ad suã iusticiam ex⸗
cercendã nõ vt aia influat vitam
igni corporali ſꝫ vt suscipiat penã
in eo. Sicut em̄ de⁹ potuit cõiun
gere aiam corpori ⁊ inclinationẽ
et appetituꝫ dare sibi vt amaret
corpus ⁊ appeteret illud naturali
ter et inclinaret᷑ ad illud et sẽtiret
in illlo ꝑfectionẽ nature. Ita pote
rit ipe alligare corporali igni ⁊ da
re sibi inclinationẽ et appetitum
cõtra illuꝫ et habere odio et imit
tere timorẽ et horrorẽ vt sit alliga
ta cũ eo cõtra suã voluntatẽ et vt
senciat ipsum ignẽ ad cõplemẽtũ
iniusticie sue. Cũ g̊ ipsa aia sit pu⸗
gnienda per iusticiã exteri⁹ et af
fligenda et hoc debeat fieri ꝑ na
turam corporalẽ inferiorẽ. et cum
nulla res corporalis sit tm̄ acuta
tm̄ afflictiua sicut ignis cõueniẽ⸗
entissimũ erit ꝙ aia pugniat᷑ eter
naliter in ipso igne qui cõcremet
vrat et nõ cõsumat nec interimat
nec luceat qm̄ ei ois pugnitio ois
pena fit rõe tristitie et vbi nulla ẽ
tristitia nulla est pena et ois tristi
tia nihil aliud est ꝙ̃ facere contra
voluntatẽ et ideo neccesse erit ꝙ
pugnitio fiat ꝑ illa ꝑ que fiet ma⸗
ior tristitia et per illũ moduꝫ per

quem maioꝛ poterit fieri tristitia et iō necesse erit ꝙ fiat per illa q̄ magis erunt cōtra voluntatē ipsi us aie et iō necessario opoꝛtet ꝙ ipse ignis etern⁹ sit affligēs cōcre mans et vrens nō ꝯsumēs et nul lomodo lucēs et sic maioꝛem in⸗ fert tristitiā ⁊ fit magis contra vo luntatem suam.

Ut maioꝛ fiat declaratio hic ponitur fundamētum quare pōt homo pugniri et debet pugniri ⁊ qualiter debeat pugniri.

Ut aūt tota cognitio pugniē di facilius videat᷑. tria sūt fū damēta vidēda in quib⁹ consistit tota certitudo pugnitionis. Pri⸗ mum fūdamētū est scire quare hō pōt pugniri nisi qꝛ hꝫ voluntatē vnde nulla res pōt pugniri nisi habeat voluntatē. Un̄ aliqua res pōt pugiri qꝛ pōt fieri aliq̄d ꝯtra suā voluntatē. Si aūt nihil possit fieri cōtra voluntatē alicui⁹ tunc nō potest pugniri. Et qꝛ hō habꝫ voluntatē et potest fieri aliq̄d con tra suā voluntatē. ideo hō pōt pu gniri. Exinde sequitur ꝙ possit pati tristitiā qꝛ potest aliquid fie⸗ ri contra suā voluntatē. Et q̄a voluntas hoīs est immoꝛtalis ⁊ ꝑ petua. ideo potest pugniri perpe tuo et potest pati perpetuam tri⸗ stitiaꝫ qꝛ perpetuo potest aliquid contra suā voluntatē fieri. Et exinde sequitur ꝙ deus nō potest pugniri nec pati tristitiā qꝛ nihil potest fieri contra eius voluntatē quia ipso volente vel permitente oīa fiunt. et etiaꝫ qꝛ deus semper vult honoꝛē suum et bonuꝫ. ideo oīa reducit ad suum honoꝛē ⁊ bo num. et nullus pōt facere contra istam voluntatē quin semꝑ imple atur. Sic igit᷑ habem⁹ funda⸗ mētum quare aīa potest pugniri ⁊ tristitiam pati. Et exinde sequi tur ꝙ quanto voluntas est maioꝛ et foꝛtioꝛ et altioꝛ tanto apta ē vt maioꝛem possit recipere pugnitio nem et maioꝛē tristiciā intensiue ⁊ extensiue. Ideo si voluntas es⸗ set infinita et aliquid fieri posset contra voluntatē ipsam talis vo⸗ luntas posset pati infinitam tristi tiam. Secundū aūt fundamē tum pugnitionis ⁊ quare debeat homo ⁊ est dignus pugniri radix et fundamentum est quia potest facere contra dei voluntatem. et quia facit contra dei voluntatem Unde nunq̄ꝫ deberet pugniri nisi faceret contra dei voluntatem. quoniaꝫ enim quādo homo facit contra dei voluntatem quantum in eo est facit deo infinitum tristi tiam quia voluntas dei est infini ta. Et ideo est iustum ꝙ deus faciat contra hominis voluntatē

Similiter et homo dignus est recipere infinitam tristitiam non insimul et intensiue. Ideo sal⸗ tim duratōne potest recipere infi

nitam tristitiã. et etiam q̃a homo fecit cõtra dei voluntatẽ ꝑpetuo eo qꝫ semꝑ mãsit in eadem volun tate et in eodẽ ꝓposito cõtra dei voluntatẽ. Ideo cõueniens est vt de⁹ perpetuo faciat contra hoĩs voluntatem. Et exinde seq̃tur ꝙ q̃ magis facit contra dei voluntatẽ magis dꝫ pugniri ⁊ magis dꝫ pa ti tristitiam et magis de⁹ dꝫ face re cõtra ei⁹ voluntatẽ. Tertiũ fũ damẽtuꝫ sequitur scꝫ qualiter hõ debeat pugniri. Vñ qꝫ voluntas nõ pugnitur nisi qꝫ patit̃ tristitiã Ideo pugnire aĩam est dare sibi tristitiam. Ideo predicta ars pu gniendi sumet̃ ab ipa tristitia scꝫ scire admistrare ea que dãt tristiti am et que maiorẽ dabunt tristitiã et ideo perfectissime pugnire est completissime admistrare illa que cõpletissime dabũt tristitiã. Quã uis auteꝫ oĩa que fiunt ꝯtra volũ tatem dent tristitiã alicui ẜm ma gis et min⁹ ẜm ꝙ magis et min⁹ sunt cõtra voluntatem. Et qꝫ ipsa voluntas mala et inordinata pri mo appetit honorem et laudẽ et vult excellentiã. Ideo de⁹ dꝫ da re sibi ꝯ̃rium scꝫ vituperium cõfu sionem cõtemptũ opꝑbrium ⁊ de decus et hoc in ꝑpetuũ et maxie contra voluntatẽ et per ꝯñs ma gnã dat tristitiã. Et ideo cũ aĩa que est spũalis et excellentis na ture sit ligata cũ re corporali et in fima et paciat̃ ab ipa cõtinue qđ est cõtra honorẽ ipius aĩe. Ideo ẽ maxia pena ei vt ꝙ sit ligata cuꝫ igne corporali et adhuc magis ẽ ligata contra sui voluntatẽ qua re ipsa volũtas contra naturã su am cremat et vrit in igne et ẽ ma gis pena q̃̃ si corp⁹ cõburetur. et qꝫ etiam aĩa mala voluit dele ctationes corporales et voluit đ lectari corporaliter. Ideo dat̃ sibi corporalis dolor et afflitio in re corporali vt in igne et hoc est sibi dare magnã tristitiã. Et sic habe mus tria fundamẽta in quib⁹ cõ sistit noticia retributiõis scꝫ qua re hõ põt remunerari qꝫ hꝫ volun tatem et qꝫ põt aliquid facere ad suã voluntatẽ. Et exinde põt hõ habere gaudiũ. Ideo ea que non hñt voluntatẽ nõ sunt apta vt pos sint remunerari qꝫ nõ hñt in quo Sed cã quare hõ dꝫ remunerari est qꝫ facit scđm dei voluntatẽ q̃a tunc q̃̃tum in eo ẽ dat ⁊ facit deo infinitũ gaudiũ. Ideo dign⁹ ẽ ꝙ de⁹ det ei infinitũ gaudium saltiꝫ duratione qꝫ intensiue nõ põt ha bere infinitum gaudiũ. et etiã q̃a ꝑpetuo fecit scđm dei volũtatẽ q̃̃ tũ i eo ẽ dign⁹ ẽ igr̃ vt de⁹ ꝑpetuo faciat ad sui voluntatẽ ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ habeat ꝑpetuũ gaudiũ ⁊ leticiã Sed qualit̃ hõ debeat remunera ri fũdamentũ capiet̃ a gaudio ⁊ le ticia. qꝫ remunerare homicꝫ ẽ fa cere ad suã voluntatẽ et hoc ẽ da re gaudium. Et sic remuneratio ñ

est aliud q̄ dare gaudiū. et cōple
tissime remunerare est dare illa q̄
gaudiū dant. Et q2 illa que sunt
magis ꝓpinqua volūtati et ma-
gis sūt ſm naturā voluntat' ma-
gis dant gaudiū. Ideo est ordo i
dando gaudiū. Et cū voluntas q̄
primo amat deū nō velit nisi amo
rem bonū. ꝓmo ꝛ pricipaliter qui
amor bon⁹ scōm naturā est bñ or
dinatē. Ideo neccesse est q̄ detur
amor ei et augmētetur ei⁹ amor ꝛ
cōpleatur et pficiat. Et iō de⁹ cō-
plebit ipi voluntati ipm amorē et
q2 hoc vl't ipa voluntas ordinata
cōpletissime scilicet amare deum
Et tunc dabit ei plenū gaudiū. et
deinde cōplebit in clara visione ꝛ
pfecta fruitione q2 hoc vl't volun-
tas et de⁹ faciet ad ei⁹ totale vel
le postq̄ aīa fecerit scōm dei volū
tatem.

Hic ondit q̄ sit voluntas dei

Ed que sit volūtas dei hoc
manifestāt nobis creature ꝛ
ordo creaturaꝝ q2 q̄cquid signifi
cant nobis creature et dicūt nob
totū est scōm voluntatē dei ꝛ hoc
vult de⁹ hoc dicit de⁹ q2 qđ oīs
creature dicūt nobis totū ē scōm
voluntatē dei. q2 oīs creature sūt
scōm voluntatē dei ordinate. Et
ideo q̄ creature dicāt vel signifi-
cent nobis aliquid hoc est ſm suā
voluntatē q2 nihil est in creaturis
ordinatum cōtra dei voluntatem

Et q2 q̄cquid cōclusum est in hoc
libro totū extractum est a creatu-
ris et ab ordine et comparatione
creaturaꝝ. Ideo quicq̄d cōclusū
est in hoc libro totū est scōm volū
tatem dei. ḡ qui facit cōtra illa q̄
scripta sunt in hoc libro facit con
tra dei voluntatē et qui facit ea q̄
scripta sunt hic facit ſm dei volū-
tatem

Quod et ipa tristitia oñditur
q̄ aīa q̄ erit eternalit' pugnieda re
cuperabit corp⁹ suū ꝓpriū in illo
statu in quo erit magis tristabilis
et odibilis et cōtra aīe volūtatem

T q2 tota pugnitio aie ē tri-
stitia et nihil pugnit eā nisi
q2 dat ei tristitiaꝫ et nisi sit contra
volūtatē ei⁹. ꝛ iō neccesse ē q̄ aīa
recuperet suū corp⁹ ꝯtra ei⁹ volū
tatem et in illa forma et in illo sta
tu quo magis erit cōtra ei⁹ volū-
tatem. Et ꝑ ꝯñs in quo maiorē in
ferat tristitiā vt sicut vsa ē suo cor
pore ꝓprio et fecit in corpore con
tra dei volūtate ita hēant corpus
cōtra suā voluntatē. Et sicut hō fe
cit cōtra dei voluntatē. ita de⁹ fa
ciat cōtra hois volūtatē. Et sic q̄
hō pugniat' ꝛ ñ tm̄ aīa q̄ ē ps hois
Et q2 magis erit cōtra voluntatē
aie corp⁹ si sit passibile q̄ ipassibi
le. iō recuperabit ipꝫ passibl'e. Et
etiā q2 magis erit cōtra aie volun
tatem si sit passibile et tñ immorta
le q̄ si esse mortale. Ideo recu-
perabit ipsum immortale.

Et quia magis erit contra volū=tatem si sit tenebrosū꜄ ꝙ si essꝫ lucidū. Ideo recuperabit ipsū tenebrosū꜄. Quia etiā magis erit ꝯtra eius volūtateꝫ si sit ponderosissi=mū ꝙ si sit leue ideo recuperabit ipm ponderosissimū. Et vt omia ꝯcludātur erit tale quale magis erit contra volūtateꝫ ⁊ magis displicebit aīe. Recuperabit ergo ipm passibile imortale tenebrosum pōderosissimū grauissimuꝫ obscurissimū et difformissimū. Et oīa ista concludūt ex parte tristitie.

De magnitudine et multipli=catione tristitie post hanc vitā.

Quoniam anima que primo amat suam ꝓpriam volun=tatem et per consequēs suuꝫ proprīū honorem et suam propriam laudē et fecit contra dei voluntatem et destruxit quātum in ea fuit et anihilauit deum et suum honorem et sic fecit se inimicam dei. Sequitur ꝙ etiā in hoc contem=psit eius creaturas et omnes eas iniuriauit et īimicam oīm earum se constituit postꝙ creatori omiꝫ inimica semper fuit et ab ipsa est omnibus creaturis et eis maxi=maꝫ iniuriam fecit qꝛ eas ad ho=norem dei factas supra deū amauit et in iniuriam dei conuertit. Et ideo neccesse est ꝙ oīs creatura vindicet iniuriam sui creatoris et ꝓpriam contra ipsam aiam que tota fuit dedita iniurie crea=toris oīm cum ipsa esset creatura Et ideo neccesse erit ꝙ oīs crea=tura sit contra voluntatem ipsius aīe ad tristiciā eiꝰ vt nullū gaudium nullā letitiam nullaꝫ cōsolationeꝫ recipiat ab aliqua creatura sꝫ solū tristitiā nec a seipsa qꝛ creatura est. Et sic creator ipse ⁊ omis creatura et ipamet aīa et sua propria natura quā iniuriat et offendit et cōtempsit omnia erunt contra aīam et in tristiciam eius ani=me. Sꝫ etiā mala que fecit et difformitas et turpitudo erūt cōtra aīaꝫ ad tristitiā eius. Et sic omne bonū et omne malū ⁊ ꝗcquid est erit in tristitiā aīe. Et ab omnibꝰ debꝫ pati vt nec ī bono nec ī ma=lo consoletur nec gaudeat nec le=tetur nec etiā in malis aliorū consoletur nec solamen sit ei in malis aliorū. Sed omnia sint in augmētum sue tristitie et sic in omnibus tristetur et in nullo consoletur ī eternum et sit et ipse creator ⁊ omnis creatura et omne maluꝫ tam culpe ꝙ pene et gaudium aliorꝫ et malū alioꝝ omnia sint in tristitiā anime que primo amauit suam ꝓpriam voluntateꝫ ⁊ seipsam ꝙ deum. Sic per oppositū et ipse cre=ator et omnis creatura et oīe bonum et omne maluꝫ tam culpe ꝙ pene et gaudium aliorum et ma=lum aliorꝫ oīa erunt in gaudium aīe que primo amauit deuꝫ ⁊ nihil poterit ei dare tristitiam.

Et sic apparet magnitudo ⁊ multitudo ipsius tristicie et etiam longitudo et duratio que generabit in anima ex amore proprio ⁊ prauato Et sic tradita est vera ⁊ infalibilis certitudo de duob⁹ finalib⁹ fructibus qui sequuntur de duobus primis amoribus.

Quod ex istis duobus amoribus infalibiliter cōcluditur duas esse ciuitates perpetuas omibus modis ꝯtrarias et inimicas.

Jcut aūt purissimū gaudiu ⁊ purissīa tristicia totalit̄ adinuicem sepantur et elongant̄ Jta opʒ ēe duas ciuitates et duo habitacula et duo loca que adinuicem separentur et elongent̄ totaliter tanta elongacione ⁊ tanta distancia ꝙ nō possit esse maior. Quaꝝ ciuitatum vna sit gaudij alia sit ciuitas tristicie. Una sit amoris alia odij. Una vite etrne alia mortis eterne vna ad pmiādū alia ad pugniendum et vindictandū. Una in qua recipiātur amici alia in qua recipiātur iimici dei vna bonorū alia malorū. Una in qua sit purus amor ⁊ alia in qua sit puꝝ odium. Una īqua sit palacinm dei et alia inqua sint carceres et tormēta. Una inqua sit puꝝ bonū. Alia inqua sit purū malū. Una īqua sit pura pax alia inqua sit pura discordia. Una ordinatissima alia in ordinatissima Una inqua sit omne bonum alia inqua sit omne malū. Una altissima alia ꝓfundissima. Una clarissima inqua sit pura lux. Alia iqua sit obscuritas ⁊ tenebra. Et vt omnia ꝯcludātur in vno verbo i vna erit bonū quod nō potest cogitari. in alia erit malum quod etiam cogitari nō potest. Et istas duas ciuitates neccesse est ēe et nō plures Cū enī ñ sint nisi duo amores et neccessario opʒ ꝙ homies vel habeāt vnū vel aliū. Et isti duo amores sunt inimici capitales et adinuicem se destruūt. Et per ꝯsequēs etiā ipi homines p istos duos amores sīt inuicē inimici inter se. Jdeo cum inimici nō debeant simul habitare neccesse est ꝙ sint due ciuitates distincte ⁊ separate ⁊ oposite ⁊ nō plēs. Uñ videmus per experiēciaʒ ꝙ oēs res vnius nature vni⁹ iclinatōis tendūt ad vnū locū ⁊ collocant̄ in vno loco et ꝯgregant̄ adinuicem et separātur ab alijs. Ergo cū oīs hoīes qui primo amauerūt seipsos sint vni⁹ inclinanationis et vni⁹ nature et racōis omnes debent situari in simul et ꝯgregari et in vno loco poni quia faciunt vnum corpus. Et cū omnes homines qui primo amauerūt deum sint etiaʒ vnius inclinationis et vnius nature et rationis. Jdeo etiam debent in simul congregari et ab alijs separari et per se collocari Et cū nō sint nisi due inclinatio-

q2 est totaliter perdit⁹ et nihil h3 de bonitate hois quā debet habere. Ideo in se nullā h3 dulcedinē nullū bonū saporē s3 h3 amaritudinē acetositatē ⁊ pessimā saporē ⁊ crudelitatē i se ⁊ ē i ea ꝯria malitia bonitati q̄ debebat esse. Sicut aūt fecim⁹ ꝯparatōem hominis ad vinū et ad acetū ita possum⁹ ꝯparare hoiē3 ad oīs alias res tā naturales ꝙ̄ artifitiales que perdi ⁊ mutari pn̄t. Tamē exemplū de vino et aceto est valde ꝯueniens ad videnō statū hois in seipo. possim⁹ etiā facere ꝯparatōe3 de hoie dū h3 sensū et vtit̄ ratione et dum factus est stultus vel frenetic⁹. q2 sicut se h3 homo stult⁹ seu freneticus ad statū eiusō et sui ipsi⁹ du3 est in suo sensu naturali Sic se h3 status in quo nūc est homo ad statū in quo debebat esse. Potest etiā fieri ꝯparatō de muliere ad viru3 qn̄ facta est meretrix q2 sicut se ht̄ stat⁹ mulieris dū est in bono matrimonio et sotietate cum viro ad statū eiusō mulieris qn̄ est separata a sotietate sui mariti seu spōsi et facta est meretrix stās in postibulo. sic similiter se h3 status nature hois in quo nūc est ad statum in quo debebat eē in ordine ad deū et respectu dei q2 debebat hr̄e sotietatē verā et fidelē cū deo. Silit̄ pōt fieri ꝯparatio de filio ꝑditionis et deuiato q2 sicut se h3 stat⁹ filij ꝑditi et deuiati et sepati a patre suo totaliter ad statū eiusdem filij dum est in obediētia et sub regula patris et in domo ei⁹. Sic similiter est de statu hois respectu dei. Ecce igitur qualiter hō pōt cōtinue videre in plurib⁹ rebus ⁊ exemplis tāq̄ in speculo suu3 statum in quo existit et suā perditionem et suu3 lapsum et corruptionem. Et sic nō rideat s3 magis lugeat seipm̄ esse perditu3 ⁊ ea sua propria natura mutatum.

Quod etiā ꝑditio laps⁹ et corruptio clarissime manifestātur in natura hois ꝯparando et respiciendo ad debitum ius et legē paternitatis filiatiōis et fraternitatꝭ.

Possum⁹ autē videre et ifallibiliter ꝑ aliū modu3 perditionem et ꝑuersione3 nature hominis. Si cōparem⁹ ipa3 ad ius et ad debitū quod fundat̄ i paternitate filiatiōe ⁊ fraternitate ꝑpt̄ quod ꝯsiderādū ē ꝙ duplex ē pat̄nitas duplex filiatio ⁊ duplex pat̄nitas in hoib⁹ vna manifesta visibilis et sēsibilis quā nemo ignorat. Alia ē occlt̄a i visibilis isēsibil̄ et spūalis quā plures ignorāt. Et q2 mod⁹ cognoscēdi ē ꝙ ꝑ visibilia et manifesta cognoscamus invisibilia et occlt̄a. et ꝑ magis nota min⁹ nota. Jō per paternitatē manifestam cognoscim⁹ paternitatem occultam et spūalē et similiter de filiatiōe et fraternitate. Vn̄ videm⁹ per experienciam ꝙ

Aliquis dicit pater alicui⁹ q₂ dat
ei corp⁹ et carnem imediate. Et
aliqs d₂ filius alicui⁹ q₂ imediate
recipit corp⁹ et carnē et p̄ncipiu₃
ab illo sine alio medio ita q̄ dare
et recipere illa faciāt paternitatē
⁊ filiatōe₃. Et q₂ hō h₃ aīa₃ ⁊ cor
p⁹ et aīa est imortal' vt iam p̄batū
est in capitulo de imortalitate aīe
et de⁹ imediate et per se solu₃ dat
et creat aīa₃ et hō recipit aīa₃ im
mortale₃ imediate a deo sicut ime
diate recipit corp⁹ et carnē a pa
tre suo. si ergo aliqs est pater ali
cui⁹ q₂ dat sibi carnem et corpus
et aliquis fili⁹ ei⁹ q₂ recipit ab eo
imediate corp⁹ et carnem. Nōne
etiā de⁹ erit pater cuiusl₃ hōis q₂
imediate et p̄se dat ei aīa₃ ratōa
le₃ et sic quilib₃ hō erit filius dei
q₂ ab eo recipit imediate aīa₃ ra
tionalē imortale₃. si em̄ ratōe cor
poris causat paternitas et filiatō
q̄re nō etia₃ ex parte aīe. Et si ali
qui iō sūt frēs q₂ imediate recipi
unt corp⁹ et carnē ab vno et eodē
q̄re etiam nō erūt fratres oēs ho
mies q̄ imediate recipiūt aīa₃ im
mortalē ab vno et eode₃ sc₃ a deo
quequid aīa est ad dei ymaginem
creata ymo de tāto paternitas fi
liatō et fraternitas que sūt ex par
te aīe rationalis imortal' excedūt
paternitatē filiatōe₃ et fraternita
te₃ que sūt ratione corporis mor
tal' ⁊ sūt nobiliores maiores excel
lētiores digniores altiores et me
liores de quanto aīa imortalis ad
ymaginem dei creata excedit cor
pus terrenū et mortale et de⁹ ho
mine₃ et creator creaturā. Vn̄ pa
ternitas filiatio ⁊ fraternitas que
sūt ex parte corporis pereunt du₃
corpora peūt ⁊ moriūtur. s₃ ex p̄te
aīe semp durant q₂ aīa est imortal'
et deus est imortalis. Et sic p̄bata
est paternitas iuisibilis ⁊ sp̄ūalis
et etiā fraternitas et filiatio et ita
habemus patrem visibilem et in
uisibilem manifestum et occultu₃
Deus igit est pater iuisibils et oc
cultus cuiusl₃ homis immediat⁹
Et oīs hoīes sūt filij dei quia ab
ipso immediate omnes recipiunt
animam propriam et inter se sunt
fratres. Et magis sine cōparatōe
deus est pater sp̄ūalis p̄pter aīam
q̄ pater carnalis p̄pter carne₃ q₂
corp⁹ in p̄paratōe ad aīam nihil ē
S₃ p̄pter aīa₃ homo est homo et
habet esse cōpletum et corpus est
p̄pter animam. Et sic de q̄to aīa
est p̄ncipalior in homine de tanto
deus a quo imediate p̄uenit aīa
erit magis pater q̄ carnalis pater
Et quil₃ homo magis est fili⁹ dei
q̄ filius patris carnalis q₂ a deo
recepit principalissimam partem
per quā est homo et est in honore
et dignitate super oīs creaturas
mūdi. Et etiam quia quil₃ homo
recepit a deo solo totam animam
s₃ nō recepit a p̄re solo totū corp⁹
ymo a duob⁹ sc₃ a patre et a m̄re.

Et etiam q2 pater carnalis nō est nisi instrumētum in gñatione corporis et deus est pncipalis causa q2 paī nō ē forma corporis et mē broz. sz deus inuisibiliter operaī quia nō est in ptāte patris generare qñ vult et sic pater carnaī iō est pater quia per ip3 ministratur tanq̄ per istrumētu3 pncipiū corporis et materia. ergo de⁹ sine cōparatōe magis d3 dici pater. Jtē etiam magis est ppinq̄ et cōueniens hoībus paternitas filiatio et fraternitas scōm aia3 q̄ scōm corp⁹. Et scōm corpus pōt cōuenire aialibus brutis sed nō scōm aiam quare sequiī q̄ oīs hoies sine cōparatōe magis sūt fratres ex parte aie q̄ ex pte corporis quia imediate quilibet recipit aīam a deo creatā ad suā ymagine3 neq̄ q̄ illi recipiūt imediate corp⁹ ab vno et eod̄ patre carnali et visibili etiā magis sūt filij dei quia imediati⁹ ab ipso recipiūt aiam illi qui imediate recipiūt corpus ab vno patre carnali et immediato q̄ ab illo pr̄e carnali et illa mediato tales filij recipiant corpus.

Qualiī se debeāt hr̄e oīs hoines ad deū et intra se et quid debeāt scōm debitū et ius paternitatis filiationis et fraternitatis que sūt pp̄ter animam.

Et q2 ex paternitate filiatōe et fraternitate oriī ius debitū et obligatio quia fili⁹ inq̄tū filius et ratione filiationis obligaī et debet reddere aliq̄ debita patri iq̄tū pr̄ ē et fraī iq̄tū fr̄ est et iure fraternitaī debet aliqua reddere fratri inq̄tū frater est. Et quia oīa ista debita et iura iam manifesta sūt de facto et fuanī vl' saltez fuari debent in paternitate filiatione et fraternitate scōm carnez arguemus oīa illa que fieri et esse debēt in fraternitate et paternitate et filiatione scōm aiam. Qm̄ si filius facit et reddit aliqua patri suo carnali propter hoc q2 est pater et q2 accepit ab eo corp⁹ mortale mlto magis sine cōparatione deb3 illa ead̄ facere et reddere patri spūali sc3 deo aquo recipit aia3 imortalez ad sui similitudinē creata3. Et etiā si frater carnaī facit et reddit aliq̄ fratri suo carnali pp̄ter fraternitate3 et q2 ābo recipiūt corpus mortale ab vno et eod̄ patre mlto magis sine pp̄atione d3 facere et reddere illa fr̄i suo fm aia3 ratōe fraternitaī et q2 ābo recipiūt aia3 imortalez ab vno et eod̄ pr̄e sc3 a deo arguam⁹ aūt pmo et pbem⁹ debitū et ius paternitaī et filiationis fm naturā per illud quod de facto sit in paīnitate et filiatōe fm corp⁹. si em̄ nos amam⁹ honoram⁹ et timem⁹ pr̄e3 carnalē mortalez q2 ab eo accepim⁹ corp⁹ mortale q̄tum debem⁹ magis amare honorare et timere pr̄e3 nostrum spūalez imortalē sc3 deū q2 ab eo

recepim⁹ aiam imortalē de tanto magis de quāto pualet aia ꝙ cor pus et de⁹ ꝙ hō. Si nos ꝟuim⁹ patri carnali et obedim⁹ et cōfi-dim⁹ in eo totaliter nec dubita-mus de eo ꝙ nobis deficiat nec ꝙ velit nos decipere et hoc quia ab eo recepim⁹ carnē corporalē ꝫ multo magis debem⁹ ꝟuire pa tri ꝟm aiā ꝛ obedire et cōfidere i eo nec dubitare debem⁹ ō ipo ꝙ nobis deficiat nec decipere velit et hoc qꝛ ab eo recepim⁹ aiam rō nalē imortalē creatā ad sui yma ginem. Item si nullomō possum⁹ nec volum⁹ audire nec pati iniu riā patris nostri carnalis nec au dire malū dici de ipo. ymo expo-nimus nos ad mortē ꝑpter bono rem ei⁹ et reputam⁹ honorē suū honorē nr̄m. Quāto ergo magis sine cōparatione nō debem⁹ au-dire nec pati iniuriā patris nostri ꝟm aiam nec posse audire malū dici nec blaphemiā de ipo et ex-ponere nos debem⁹ ad mortē ꝑ-pter honorē suum et magis ꝙ ꝑ-pt honorē nr̄ꝫ. ꝛ si nos cauem⁹ ꝙ tū possum⁹ ab offensa pr̄is carna lis nec volum⁹ aliqd facere ꝯtra volūtatē suā. ꝫ quāto magis hoc facere debem⁹ erga pr̄m nr̄m ce-lestē. Et etiā si nos cauem⁹ ꝙtuꝫ possum⁹ ne aliqd turpe et ihone-stū agam⁹ i ꝯspectu pr̄is nr̄i car-nalis nec etiā aliqd ꝑ quod honor pr̄is nr̄i carnalis possit diminui ꝙto ꝫ magis debemus cauere ne aliqd turpe seu ihonestū agamus i ꝯspectu dei pr̄is nostri ꝟm aiam q oia videt nec aliqd ꝑ quod ho-nor su⁹ possit diminui. Itē quāto pr̄ carnal' est magis potēs magis sapiēs et magis bon⁹ tanto filius ei⁹ magis honorat et timet euꝫ et amat ꝛ obedit ei ꝛ cauet tāto ne ip sū offendat. Et si sit rex vel ipera-tor vel pnceps iust⁹ tūc sine ꝯpa-tione timet eū ꝛ honorat et ei obe dit et ei subicit oi subiectiōe omi hūilitate. ꝫ ꝙto magis quilꝫ hō dꝫ timere et honorare deū patreꝫ suū ꝟm aiā et ei obedire et se su-bicē cū oi huilitate ꝛ oi subiectōe et sūme cauere ne ipm offēdat cū sit pat' q ē oipotētissim⁹ sapiētissi-mus optim⁹ et iustissim⁹ rex ipe rato et pñceps etern⁹ hn̄s oīe dn̄ium et oīeꝫ ptātes ab eterno et a seipo cui nihil pōt resistere q pōt totuꝫ perdere si vult subito et null⁹ dicet quare fecisti. Item si pater carnalis vult ꝙ fili⁹ su⁹ car nalis ꝑpter hoc qꝛ fili⁹ ei⁹ sibi ser uiat sibi obediat eū timeat et ho-noret. Nōne magis vult de⁹ qui sine cōparatione est magis pater noster ꝙ pater carnalis cū sit pa ter aiaꝝ nostraꝝ imediat⁹ ꝙ oīs hō ei ꝟuiat et obediat eū timeat ꝛ honoret. Et si pat' carnalis repu-tet sibi ad sūmū iniuriā et offensā si filius carnalis nō sibi obediat eū nō timeat nec honoret ꝙto ꝫ

magis deus qui ē magis paṫ nr̄
cum sit dn̄s omp̄s a quo recepi-
muꝰ aiam reputabit sibi ad sūmū
iniuriā et offensam si ei nō seruia
mus nec obediamꝰ nec eū hono
remꝰ nec eū timeamꝰ sꝫ cōtra vo
luntatē suā faciamꝰ. Ideo de tan
to magis de quāto maioꝛ est aīa
ꝙ̄ coꝛpꝰ et deꝰ ꝙ̄ hō. Et sic ī mul
tis alijs que fiūt in paternitate ⁊
filiatione ſm̄ carnē possumus ar-
guere. Ecce igitur qualiṫ per illa
que fiūt de facto in paternitate ⁊
filiatione visibili ſm̄ carnē pꝛoba
mus et arguimꝰ illa que dn̄t fieri
ī paternitate ⁊ filiatiōe iuisibi ſm̄
aiaꝫ et ħ iure ⁊ rōe paṫnitatꝭ filia
tōis ymo pn̄itas ⁊ filiatō ſm̄ car
nē spāle ē exēplū paṫnitatꝭ et filia
tionis scōm aiam et ē quedͦ scala
vt per hoc oīs hō cognoscat quid
debeat deo patri suo iure et rōne
paternitatis et filiatiois ⁊ qualiṫ
se debeat habere erga ipm̄ inquā
tum est pater. Cū ei nos faciamꝰ
oia p̄dicta patri carnali moꝛituro
qui nihil nobis pōt nocere dum
moꝛtuꝰ ē. Quāto magis debemꝰ
oia illa facere patri spūali immoꝛ
tali ad cuiꝰ manus habemꝰ deue
nire qui pōt nos eternaliṫ p̱dere.

Manifestatio lapsus et deffe
ctus hominis

Et qꝛ visuꝫ est qd̄ debemus
deo de iure et rōne paterni
tatis et filiatiōis ⁊ qualiter sumꝰ
obligati. videamꝰ nūc factuꝫ no
strum ⁊ nostrū facere si concoꝛdꝫ
cū isto debito et iure videamꝰ eti
am si habemꝰ oia que habere de
bemꝰ et si faciamꝰ oia que facere
debemꝰ erga deū patrē nostrū ve
rissimum et in veritate et in facto
nihil habemꝰ qd̄ habere debemꝰ
nihil facimꝰ quod facere debemꝰ
ymo totū ꝯ̄riū ⁊ oppositū facimꝰ
et habemꝰ ī nobis ei nō ē amoꝛ er
ga deū patrē nostrū nec amoꝛ nec
honoꝛ nec reuerēcia nec obedien
tia nec hūilitas nec subiectio nec
cōfidēcia nec spes nec credulitas
ymo oia ista de facto deficiūt no
bis erga patrē nostrū et tn̄ de iu-
re deberent esse. ymo magis ꝯ̄ria
oim istoꝝ et alioꝝ que deberent
esse sṫ in nobis hoibꝰ erga patreꝫ
nostruꝫ qꝛ in nobis est ꝯ̄riꝰ amoꝛ
amoꝛi dei et odiū dei et timoꝛ ꝯ̄ri
us timoꝛi dei patris nostri et con
temptꝰ patris nostri spūalis ⁊ ho
noꝛ ꝯ̄rius honoꝛi paterno et offē-
sa et iniuria eiꝰ et inhonoꝛatio et
vituperatio irreuerētia inobediē
tia superbia resistētia diffidencia
et in credulitas. Quare possumꝰ
ex hoc cōcludere veraciter lapsū
perditionē coꝛruptionē degn̄atio
nem deuiationē alienationē nr̄aꝫ
et nature hoīs et mutationem in
suum ꝯ̄riuꝫ ⁊ qualiter distat ⁊ elō
gatur a veritate. Sed vt clare vi
deamꝰ statum nostrum respectu
patris nostri dei qualis sit et ma
nifeste contra ipsum per paterni

tatez et filiatõez que sũt scđm car
nez arguẽdo a ɔ̃rio sensu. Si enĩ
filius carnalis non cauet offende
prẽm nec timeat nec honoret pa=
trez suũ a quo recipit corp⁹ quod
est ꝑpter aiam nõne dicet mal⁹ ꝛ
pessimus fili⁹. ꝗ ꝙto magis cũ nõ
amem⁹ nec timeam⁹ nec honore
m⁹ patrez nostrũ a quo recepim⁹
aiam ꝑpter quaz est corp⁹ sumus
mali et pessimi filij sui. Itez si nos
reputam⁹ et iudicam⁹ illũ filium
carnalem pessimũ ribaldum et ne
qͥssimũ in gratissimũ peruersũ to=
taliter qui cõtinue iniuriat offen=
dit et persequit̃ suũ patrez carna=
lem et semper ɔ̃riatur ei et omnia
facit ɔ̃tra ipsum. ergo ꝙto magis
nos sum⁹ reputãdi pessimi filij et
ribaldi nequissimi et peruersi tota
liter et summe igrati respectu dei
patris nostri principalis qui con=
tinue ipm iniuriamus offendim⁹
et persequimur et semper ei ɔ̃ria=
mur et oia facim⁹ ɔ̃tra ipm a quo
recipim⁹ aiaz ꝛ ɔ̃seruamur inesse
et aquo cõtinue dantur beneficia
sua. Item si filius carnalis nõ cu=
raret de honore patris sui ymo to=
taliter ꝙtuz in eo est destrueret il
lum et anihillaret ꝛ totaliter cura
ret de honore suo ꝑprio ɔ̃tra ho=
norem patris nõne talis filius es=
set nequissim⁹. ergo multo magis
nos sumus nequissimi erga deum
qui magis est pater noster cum sẽ
per laboremus pro honore no=
stro proprio et nõ ꝑ suo honore et
primo et pn̄cipaliter queram⁹ ho
norem nostrum et nõ suum et tñ
viuimus continue de bonis suis.
Itez si filius carnalis haberet pa
trem regem potentez viuentem ꝛ
multum sapientem et iustum et ta
lis filius viuente patre faceret se
regem et vellet dominari sine vo=
lũtate et auctoritate patris et vel
let esse equalis patri. Nõne talis
filius esset nequissimus. ergo mul
to magis nos sumus nequissimi
filij respectu dei patris nostri cuz
habeamus patrem omnipotentẽ
sũmuz regem semp viuẽtez sapiẽ
tem et tñ ɔ̃stituimus nos reges ꝛ
volumus dñari sine voluntate et
auctoritate sua et hẽre ꝑprias vo
lũtatez et sequi illã sicut ipe et fa=
cere nr̃m regnũ nostrũ imperium
in nobismet ipis et contra regnuz
suũ et ɔ̃tra suam volũtatem. Item
si filius carnalis insurgit ɔ̃tra pa=
trem tũc dicimus ꝙ ipse effectus
est stultus freneticus vel maiac⁹
maxime si pater sit potens et sapi
ens. Ergo mlto magis nos sum⁹
verissime stulti frenetici ꝛ mania=
ci quia continue insurgimus con
tra patrem nostrũ verissimuz om
nipotentem et summe sapientem
et iustissimũ. Item si filius car
nalis habeat patrez summe diui=
tem et potentem et non confidat
de patre suo nec aliquem spez ha
beat in patre suo ymo diffidat

de ipo tunc signū est certissimū q aliquā magnā offensā iniuriā et displicitū fecit cōtra patrē suum propter quod diffidit. g cū nos nō cōfidam in deo patre nostro nec speremus in eo ymo diffidamus de eo qui est vere pater noster signum est q aliquā offensā magnā et aliquā iniuriā et aliquod magnum displicitū fecimus cōtra ipm ppter quā perdidimus cōfidenciā et spē cum ipe sit pater noster et sit omnipotens et sūme diues. Ulterius quāto pater carnalis est magis bonus benignus pius prudēs et nobilis tūc si filius offendat et iniuriet talē patrē tāto reputabitur peior malignior et nequior. Ergo cū pater noster sm aiam sit sūme bonus sūme benignus nobilissimus et sūme sapiēs tāto sumus peiores maligniores nequiores qui de facto talem patrē offendimus iniuriāmus et ptem pnimus et de ipo nullū cōputum facimus. Preterea si filius carnalis habeat patrē qui nō solum sit pat suus ymo totaliter dns suus rex suus princeps suus iudex suus si insurgat contra talē patrē vel ipm offēdat et iniuriet et totaliter faciat cōtra suā voluntatē et sit ei cōtrarius nōne iste filius nō solū dicet malus et pessimus ymo stultissimus et sine sensu. g multo magis nos oēs cum habeamus patrē eternū qui nō est solū pater quia ab eo recipimus animā imortalē ymo est totalit dns noster rex noster et iudex noster q pōt nos totaliter perdere si vult. Nōne sumus stultissimi et sine sensu qui talē patrē offendimus et iniuriam et cotidie facimus cōtra voluntatem suā ymo sumus cōtrarij et inimici sui et nō dubitamus eē tales nec pōt eē maior stulticia. qm tunc filius nō solum est cōtra patrem ymo seruus cōtra dnm subditus cōtra principē suū. iudicandus et reus cōtra iudicem suū. Et tūc iniuriamus et offendimus deū vt patrē et dnm vt principē et vt iudicem nostrum. Et sic nos facimus cōtra ius et debitum pternitatis et filiatōnis cōtra ius et debitū dnij imperij seruitutis et familiaritatis et ita incurrimus iram et idignationē patris nostri dni nostri regis et principis nostri et sūmi iudicis nostri. Et sic ex oībus supradictis possumus clare videre statum nostrū qualis est respectu dei patris nostri et quales filij sumus qm forma et ymago filiationis spūalis que est sm aiam in ordine ad deū patrē nostrum totaliter est perdita corrupta deformata anihillata et in cōtrariū mutata et habemus formā cōtrariam forme filiationis. Ideo sumus filij difformes difformati turpes peruersi et ingratissimi. vn nō facimus nec sumus vt filij sed vt hostes et inimici patris nostri qn inter patrē nostrū et nos sūt omia illa in medio que repugnant paternitati et vere forme fi

liationis scz in obediētia irreuerē tia cōtempt⁹ p̄sumptio superbia rebellio igratitudo. Et q₂ nos habemus formā ꝯriā vere filiationi que est fm̄ aiam. Et iō sumus cōtrarij patri nostro per ꝯriā formā et iō q₂ in nobis est difformitas ⁊ peruersitas filiationis. Sequit̄ ꝙ pater noster h₃ iraz cōtra nos et sum⁹ odibiles abhoiabiles ⁊ digni sum⁹ ira ⁊ indignatiōe sua ꝑpter difformitatē. Itē q₂ forma filiationis est corrupta et perdita i nobis sequitur ꝙ nos perdimus oia bona oēs diuicias om̄em hereditatē que debebat nobis euenire rōne istius filiationis vere q̄ quid sunt tāta et tā magna ꝙ̄ magna erat filiatio et paternitas. Et quia pater noster sp̄ualis est in infinituz diues nec h̄nt finē nec numerū bona sua. ⁊ oia bona patris d̄nt esse filioꝝ sequitur ꝙ nos ꝑdidimus infinitas diuicias et infinita bona q₂ ꝑdidim⁹ bona patris nostri que debebātur nobis rōne filiationis. et q₂ pater noster est totus sp̄ualis inuisibilis ⁊ nullomō corporalis. et illud ꝑ quod nos sum⁹ sui filij est etiā inuisibile sp̄uale ⁊ nullomō corporale scz ipsa aia quare sequitur ꝙ bona et diuicie et hereditas patris nostri oia sūt inuisibilia sp̄ualia ⁊ nullomō corporalia. Iō perdendo formam filiationis perdidimus infinita bona sp̄ualia, ⁊ cū filius debeat tractare negotia patris sui. Cuz nos tractem⁹ semp negotia contraria scz negotia corporalia corruptibilia et nullomō sp̄ualia sequitur ꝙ sumus extra bona patris nostri et sum⁹ totaliter exhereditati a bonis paternis et ab eterna hereditate et hoc maxie maifestatur q₂ tn̄ filij debeant viuere de bonis patris sui et cum bona patris nostri sint sp̄ualia inuisibilia incorruptibilia. Ideo nos debemus viuere de bonis sp̄ualib⁹ et inuisibilib⁹ Et tn̄ tota nostra vita consistit in bonis corporalibus et solum viuim⁹ sicut aialia bruta de reb⁹ corruptibilib⁹ et visibilibus et sic facim⁹ vitaz bestialem et nō sicut filij dei. Et q₂ pater noster nō solum est pater noster ymo etiā est rex summus et ꝑ ꝯn̄s h₃ regnum tm̄ et tale sicut ꝑtinet ei ⁊ palatium et astantes et seruientes ei scd̄m suā regiaz maiestatez. Et iō q₂ nos perdidim⁹ formā sue filiationis que est summe dignitatis et sūmi honoris et acquisiuim⁹ formā contrariaz turpissimā et peruersam seq̄tur ꝙ ꝑdidimus regnū suū eternū et consorcium oim̄ qui cuz eo continue assistunt et ei seruiunt et sum⁹ ineternū exulles a regno suo a domo sua a palatio suo. Et sic clarissime videre possumus et cognoscere perditionem corruptionez lapsum et totaliter peruersionez

bonũnũ cõparando hoĩes ad de-
bitum et ad ius paternitatꝭ et fi-
liationis que ẽ ſm̃ aĩam q̃re ſũm
me flere dñt hoĩes et dolere q̃ ta-
les ſunt et tãta bona perdiderũt
qui nõ ſolũ ſunt lapſi a vero ſtatu
hoĩs in quo debebant eſſe ymo a
xp̃o ſtatu filiatõis dei qḋ ẽ maius

Quod etiã perditio lapſꝰ ⁊ cor-
ruptio nature hoĩs cognoſcũtur
cõparãdo hoĩes ad ius et debitũ
fraternitatis que eſt ſm̃ aĩam ⁊ ꝓ-
mo fundatur ſeu oſtenditur qua-
liter ſe dñt hr̃e inter ſe vt fratres.

Jcut autẽ ꝓbatũ ẽ ⁊ ꝯcluſũ
ius paternitatis et filiatio-
nis ſcḋm aĩam per illud qḋ de fa-
cto fit in paternitate et filiatione
ſm̃ corpꝰ et carnẽ. Ita ꝯformiter
ꝓbamꝰ ius et debitum fraternita-
tis qḋ ẽ ſm̃ aĩam per illud quod
de facto fit in fraternitate q̃ ẽ ſm̃
carnẽ. Si eñ fratres carnales ſe
amãt tm̃ et tãta aĩcia tãta vnitas
tanta ꝯiunctio eſt inter eos ꝙ ni-
hil hñt diuiſum nihil ꝓprium vnꝰ
moritur ꝓ alio vnꝰ reputat ſe ali-
um. Et oĩa iſta fiunt rõne fratꝰni-
tatis ſcꝫ qꝛ hñt vnuꝫ patrẽ imme-
diatuꝫ a quo imediate recipiunt
corpꝰ et carnẽ mortalẽ corruptibi-
lem et putrefactibilẽ g̃ quãto ma-
gis et ſine aliqua ꝯparatione de-
bemus nos oĩs amare adinuicẽ
et nihil reputare ꝓprium et repu-
tare nos vnũ rõe fraternitatis q̃

eſt ſm̃ aĩam quã habemꝰ imorta-
lem. Quia ſcꝫ oĩs ſumꝰ filij eiuſ-
dem et vnius patris imediate ſm̃
aĩaꝫ a quo oẽs nos ⁊ a nullo alio
imediate recepimꝰ aĩam rõalem
que valꝫ magis ꝙ corpꝰ ſine cõ-
paratione ymo de tãto dꝫ maior
forcior purior et ſincerior eſſe iſte
amor de quãto aĩa eſt maioris et
dignioris nature ꝙ corpꝰ in qua
aĩa fundatᷣ iſta fraternitas. Si g̃
vnitas et ydẽptitas vniꝰ patris
carnalis eſt cã tante dilectionis
inter fratres multo magis vnitaſ
et idẽptitas eiuſdẽ patris ſm̃ ani-
mã dꝫ eſſe cã maioris dilectiõis
inter fratres ſm̃ aĩaꝫ. Qꝛ igr̃ nos
oẽs hoĩes habemꝰ vnicũ ſolum
patrẽ et eunḋ ſm̃ aĩaꝫ et nõ duos
ꝓpter quẽ oĩs ſumꝰ fratres. Se-
quitur ꝙ inter oẽs dꝫ eſſe maxia
vnitas maxima amicitia et ꝯiun-
ctio. Item fratres carnales eiuſḋ
patris ſi habeãt patrẽ potentem
diuitem et ſapientẽ cauent ꝙ diu
pater viuit ne vnus inferat alteri
iiuriã ne ledat alteꝝ ne vnꝰ deci-
piat alteꝝ nec dolũ nec fraudeꝫ
faciant ymo ſtent in cõcordãcia
inter ſe et hoc ꝓpter honorẽ pr̃is
et timorẽ ne pater iraſcatᷣ nec tri-
ſtetur. Igitur multo magis nos
oĩs hoĩes qui ſumꝰ fratres qui
habemꝰ eunḋ patrẽ oĩpotentẽ ſũ-
me ſapientẽ qui ſemꝑ viuit et nũ-
ꝙ põt mori cauere debemꝰ ne in-
uicẽ offendamꝰ nos ne iiuriamꝰ

et ledamus nos ne fraudē facia-mus inter nos ymo debem⁹ eē in concordācia et pace. ꝛ hoc ꝑpter bonorē tāti patris timorē et amo rem qui oia videt ꝛ cogitationes occultas ne irascat̄ cōtra nos nec tristetur. Si eñ pater carnalis tm̄ gaudet de cōcordia et pace fi-lioꝝ suoꝝ inter se quanto magis pater noster spūalis qui dedit no bis oibus aias nostras gaudebit de nostra pace et cōcordencia. Ecce igit̄ ius et debitū fraternita tis quod dn̄t seruare oms boies adiuicē ad quod obligātur quia sunt fratres. Ecce qualis vnitas qualis cōcordia dꝫ esse. et qꝛ i ve ritate et in facto lꝫ oēs boies sint fratres ꝫm aiam velint aut nolint tn̄ nullomō faciūt adinuicem vt fratres ꝫm naturā. Null⁹ seruat istam fraternitatē ymo ista frater nitas est totaliter mortificata ac si nō esset nō se diligūt nec habēt concordiā nec vnitatē inter se ꝑ-pter istam fraternitatē. Cū tameꝫ ista sit principalis et maior frater nitas. ymo seinuicē occidūt seiui-cem ledūt et ꝑsequūtur seinuicem defraudāt et decipiūt. Seinuicē diffamāt et iniuriāt. Et si forte sit inter boies aliqua pax vel cōcor dia et vnitas nō est rōne isti⁹ fra-ternitatis. Sed ꝑpter alias cau-sas que repugnāt fraternitati que est ꝫm aiaꝫ. et qꝛ totū bonū fratrū inq̄tum sūt fratres est pax cōcor dia ꝛ vitas eoꝝ qꝛ si ista defficiāt et quecūqꝫ alia fiant nullū bonū est in eis. Et totum maluꝫ eorum est diuisio. Ideo sequitur ꝙ istud bonum defficit inter boies quod debet esse et per ꝯn̄s totum bonū defficit quia hoc est totum bonū quod dꝫ esse inter homies qꝛ sunt fratres. Et ita nullū bonum est in ter boies ymo defficit omne bo-num quia defficit ꝑprium bonuꝫ et per ꝯn̄s inter boies nō est nisi malum et sic hoibus defficit totū bonum quod debebant habere ꝛ in eis est malum quod nō debe-bant habere. Quare per corru ptionem fraternitatis istius que est ꝫm aiam manifestatur verissi-me perditio lapsus et corruptio hois. Et ita patet ꝙ homines sunt lapsi a statu magni honoris et magne dignitatis ad statū ma gni vituperij ꝛ opprobrij scꝫ a sta tu vere nature hois vere filiatio-nis dei et vere fraternitatis in sta tū bestialitatis et ois difformitat.

Et sic patet qualiter per duas vias in generali manifestatur per ditio lapsus et corruptio nature hominum et permutatio in suum contrarium scꝫ primo comparan do factum hominis et facere ad ius et debitum nature quod fun datur in obligatione. Et secun do comparando ad ius et debitū paternitatis et filiationis et frat-nitatis que sunt secundū aiam.

Ac tñ iste due vie que fundantur in paternitate filiatione et fraternitate oriũtur a pma via obligationis qꝛ obligatio fundatur in dare et accipere. Et silr paternitas filiatio et fraternitas fũdatur in dare et accipere.

T qꝛ aliq̃ res cognoscitˀ esse viuẽs ꝙdiu pficit suas operationes pprias. et qñ totaliter pdit vel nõ habet operatiões suas quas debebat habere est totaliter mortua. Et quia in hoibus nulla est operatio que deberet esse vt iã pbatum est qm̃ hoies nullomodo opãtur illa que debẽt operari iꝗ̃tuꝫ hoies et ideo sũt nõ hoies. Et qꝛ iste operatões quas hõ dꝫ facere inꝗ̃tũ hõ respectu dei ptinẽt ad aiaꝫ scꝫ amare deũ timere deũ honorare deũ obedire deo ꝯfidere in deo ⁊ credere ei. q̃re sequitur ꝙ aĩa si ꝯparetˀ ad deũ mortua est et nõ viuit. quare sequitur ꝙ hoines sũt mortui ꝗ̃tum ad aiaꝫ. Itẽ ꝙ hoĩes perdiderunt totaliter formã filiationis erga deũ et formã fraternitatis inter se quia totalitˀ est extincta in eis quia nulla operatio est in hoibus scõm formam filiatõis et fraternitatis scꝫ aiaꝫ vt iam declaratum est. Et ideo qꝛ hoĩes nullomodo viuunt nec operantˀ scõm formã filiatõis et fraternitatis scꝫ aiaꝫ sequitˀ ꝙ sũt mortui quo ad hoc qꝛ si aĩa viueret cognosceret istam filiatõeꝫ et istam fraternitatẽ et scõm illaꝫ gaudere ideo ibi nullũ veꝝ est gaudiuꝫ qꝛ nulla vita est. Et hoc ideo qꝛ verũ gaudiũ hoĩs pueniт ex puro et vero amore cũ deo ex vera societate cũ deo. Uñ quia deus est verꝰ pater hominũ et hoĩes sũt filij eius et ppter hoc hoĩes debẽt esse vniti sociati ⁊ ꝯiũcti cũ deo patre suo pamoreꝫ purũ filiatõeꝫ et timorẽ ⁊ ex tali societate necessario sequitˀ ꝙ verũ gaudium est vita hominis. Item etiã veꝝ gaudium oritur ex amore et societate fraternitatis scꝫ cũdũ aiam et ideo quia homĩes perdiderũt istaꝫ filiatõeꝫ et istam societatem cuꝫ deo et sũt separati a deo per amorem et nullã societateꝫ cũ deo hñt ymo diuisi ⁊ elõgati sũt a deo per ꝯ̃rium amorẽ vt iã dictũ est. Ideo pdiderũt totaliter gaudiũ qꝛ etiã perdiderũt veram fraternitateꝫ que est scõm aĩam et sũt diuisi intˀ se ⁊ nullomodo vniti per istam fraternitateꝫ ideo etiaꝫ perdiderũt veruꝫ gaudium quod oritur ex ista vera fraternitate.

Quare sequitur ꝙ hoĩes sũt puati vero gaudio sũt etiã puati vera vita et sic sũt vere mortuĩ quia nõ habent veram vitam. Item etiam quia anima nõ sentit se esse in tali statu in quo est nec sentit se esse separatam a deo patre suo nec sentit se esse corruptã nec perdita nec lapsam nec mutatam in suum cõtrarũ nec sentit ꝙ omia que facit

sunt cōtra deū nec percipit se esse inimicā dei patris sui et incurrisse iram et indignationē ei⁹ nec pdidisse tm̄ gaudiū. ⁊ q̄ nullomodo sentit suum malū quod h₃ nec cognoscit malū eternu₃ ad quod tēdit sequitur q̄ ipa est mortua. si ei esset viua sentiret malū suu₃ ⁊ doleret sine mēsura. et sic aīa nō sentit nec malu₃ suū nec bonum suū nec sentit seipam nec sentit deum a quo creata est nec cognoscit et ideo vere mortua est et sic veraciter hoīes mortui sunt quo ad aīa₃ et hoc quo ad verā vitā que est ppria aīe. l₃ autē hō sit mortuus et aīa sit mortua q̄tum ad verā vitā que est ſm̄ deum tm̄ in se nūq̄ moritur aīa q̄ imortalis ē q̄ semp viuet ineternū. Ideo duplex ē vita aīe vna naturalis q̄ ipa est vita p istam semper viuit et per istā vitā viuificat corp⁹. Alia est vita q̄ cātur ex societate cum deo et hoīb⁹ ppter deū que vita ē gaudiū verū et ſm̄ istā vitā aīa est mortua q̄ pdidit oīa illa et oīa fundamēta in quibus fundatur verū gaudium et que valēt ad habendū verū gaudium et sic aīa viuēs mortua ē q̄ aīa h₃ radices et fundamēta ex q̄bus neccessario oriet̄ eterna tristicia que est mors ei⁹. ideo aīa pdidit eternā vitā et eternū gaudiu₃ et acq̄rūt eternā mortā eternam tristiciam ⁊ sic hoīes sunt mortui ſm̄ deum et q̄tum ad aīam et vadunt ad mortē eternā l₃ viuāt q̄tum ad corp⁹ et vitā corporalem Ecce ḡ manifestatū ē qualiter status hoīs est peruers⁹ corrupt⁹ lapsus et in c̄triū mutat⁹. Et tm̄ iste laps⁹ ista corruptio et puersitas occulta erant nobis ⁊ abscondita

Hic tractatur de duplici statu hoīs et inuestigatur si hō fuit aliq̄n in statu debito in quo debebat esse qui est contrarius ad statum in quo modo est.

Quoniā autē ex oībus premissis ex toto pcessu iā fctō cūcludere possum⁹ veracit̄ duos esse stat⁹ hoīs c̄trios inter se ⁊ oppositos. vn⁹ status est in quo nūc ē de facto q̄ ē corruptio Alius status in quo debebat esse qui nō ē nec existit de facto. Et iō q̄ nos videm⁹ statum hoīs qui nūc ē in facto et aliu₃ statu₃ c̄triū q̄ debebat eē n̄ videm⁹ in re s₃ cognoscim⁹ q̄ debebat eē seq̄tur q̄ possum⁹ dubitare si ō fctō stat⁹ i quo nūc ē hō fuit pm̄s vel si aliq̄n ō facto fuerit i statu debito sicut si aliquis nūq̄ vidisset nisi acetū ⁊ nūq̄ vinum posset dubitare si stat⁹ aceti fuit pm⁹ ita q̄ nūq̄ fuerit i alio statu. Et q̄ iam pbatu₃ ē superi⁹ q̄ hō factus ⁊ nunq̄ facit se ipm ymo de⁹ fecit hoīem. Et iō si nos pbam⁹ q̄ de⁹ nō fecit hoīe₃ talem et in tali statu in quo nunc est et tm̄ fecit hoīem neccesse ē dicere q̄ de⁹ fecit hoīe₃ in pm̄o sta

tu debito et vero in quo recte debebat esse. Et ꝙ status debitꝰ fuit ꝓmꝰ et nō iste in quo mō est. et iō ꝓmo opꝫ ꝓbare ꝙ deꝰ ñ fecit boiẽ in statu in quo nūc ē. et hoc oñditur ml'tis modis et ꝓmo ex ꝑte honoris dei qꝛ dictū ē superiꝰ ꝙ per honorē dei pōt reddi rō de oibꝰ que deꝰ operatur extra se deꝰ autē operatur oia que facit extra se ad honorē sue ptātis sapiencie et bonitatis et nō cōtra honorēꝫ Sed si deꝰ fecisset hoiem in tali statu in quo nūc ē fecisset ipꝫ contra honorē sue ptātis sapiencie ⁊ bonitatis qm̄ fecisset hoiem corruptum perditūꝫ turpē inordinatum deuiatū bestialē iniustum et sic de alijs cōditionibꝰ pessimis i quibꝰ modo existit que oia derrogant ⁊ repugnāt honori dei. g̊ deus nō fecit ꝓmo hoiem talē. g̊ necesse ē dicē ꝙ fecit hoiēꝫ talē et in tali statu in quo debebat esse vt esset honor sue ptātis sue sapiencie et bonitatis. Item iste statꝰ i quo mō est homo est totaliter ꝯrius ⁊ oppositus deo vt ꝓbatū est qꝛ hō est inimicꝰ dei ꝯriatur deo et ē cōtra suum honorē facit ei in iuriaꝫ et tollit deo quod ei debeẗ et dat cui non debetur. Sed deus nō fecit hominem ꝙ esset inimicus suꝰ nec ꝯrius ei nec resisterꝫ ei nec dedit aliquid hoi per quod hō esset inimicꝰ suus nec dedit ei aliquid cōtra se sꝫ pro se. Sed tm̄ hō hꝫ amorē ꝯrium deo timorem et honorē vt ꝓbatum ē. g̊ sequitur ꝙ deꝰ nō fecit hoiem talē et sit inclinatum cōtra deuꝫ et cōtra se. Sed cū hō factus sit a deo. g̊ sequitur ꝙ fecit hoiēꝫ in statu cōtrario statu in quo nūc est. g̊ deꝰ fecit hominēꝫ talem ꝙ nihil haberet in se ipso cōtra deum neqꝫ aliquā inclinationē. Preterea iam cōclusuꝫ ē in coactōe de honore ꝙ deus oia que fecit. fecit ꝓpter suum honorem et ꝓpter vtilitatē creature rōnalis. g̊ deus non fecit hoiem ad malum hois ad dāpnuꝫ hois ad incomod̄ hois sꝫ magis ad bonū comod̄ et vtilitatē ipius homis. Sed hō in isto statu in quo nunc est hꝫ in se radicē oim maloꝝ scꝫ amorē suiipsiꝰ ꝑuatum ꝓpriaꝫ voluntatem et ꝓpriū honorēꝫ que sunt radices ⁊ fundamēta omniū maloꝝ oīm vicioꝝ et erroꝝ vt iā superius ꝓbatum est. et per istas radices viuētes in hoie homo cōtinue multiplicat mala sua p totam vitam suā et hoc facit voluntarie et per ꝯñs est pugnibilis et iudicabilis de oibus vt iam ꝓbatum est qꝛ opera hois sunt iudicabilia et pugnibilia vel ꝑmiabilia eo qꝛ sunt facta voluntarie. Et cum hō semper opereẗ opera mala et cōtra deuꝫ operaẗ semꝑ opera pugnibilia. ⁊ sic hō ꝯtinue operatur cōtra seipm̄ ad suuꝫ dāpnū ad suā pugnitionē et oppꝓbrium ⁊

semp̄ fecit illa per que acq̄ret eter
nam penā eternā tristiciam qꝛ hꝫ
aīam imortalez que pōt pati eter
nam tristiciā vt ꝓbatum est. et sic
hō ꝯtinue viuit cōtra seip̄m et est
cōtra seip̄m et dum viuit acq̄rit il
la per que eternaliter cruciabit̃ ⁊
tñ hoc facit voluntarie sine coac
tione. et tñ nulla alia creatura fa-
cit aliquid contra seip̄am nisi sol⁹
hō. Igitur cōcluditur ꝙ deus nō
fecit hoīem talez nec in tali statu
nec posuit in eo tales radices pes
simas. Sed deus fecit hoīem. ḡ
sequitur ꝙ fecit ip̄m in statu alio
et cōtrario et ꝙ posuit in eo radi-
ces oīm bonoꝝ scꝫ amorē dei ⁊ ñ
amorē ꝑuatū ⁊ fecit hoīem vt pos
set voluntarie operari bona ope-
ra remunerabilia et posuit in ip̄o
oīa illa per que posset acquirere
eternum gaudiū et nō tristiciaz ḡ
sequitur ꝙ hō aliq̄n fuit in statu
debito cōtrario statui in quo nūc
est pōt aliter esse. Item de⁹ nō fe
cit hoīez contra totuz ordinē cre
aturarum et vniuersi ymo magis
ſm̄ ordinē creaturaꝝ et vniuersi
cum hō sit pars vniuersi et princi
palis ꝑs et sic ī ordīe creaturaruꝫ
Sed hō modo in isto statu ī quo
est. est cōtra totū ordinē vniuersi
et deuiatus a toto ordine qꝛ oēs
alie creature faciunt quo dn̄t iux
ta suam naturā et nulla facit ꝯ se-
ip̄am nec contra suā propriaz na
turam. Sed hō facit quod nō dꝫ
iuxta suam naturā et suum gaudi
um ymo facit contra seip̄m conti
nue et contra naturam hoīs. Vñ
oēs creature clamant et dicunt
qualis debet esse homo iuxta na
turam hoīs et gradum hoīs in or
dine creaturaꝝ clamant et dicūt
quid debet facere homo quid ꝑti
net ad ip̄m hoīem vnde dicunt et
clamant ꝙ hō debet esse talis iu
xta ordinē et gradum suū in vni-
uerso ꝙ debet cognoscere seip̄m
et oēs creaturas et suū creatorē
et cognoscere oīa bñficia sui crea
toris et debet esse gratus et tunc
regraciari cōtinue suo creatori tā
pro se ꝙ̄ pro oībus creaturis. de-
bet continue amare suum crea-
torem timere et honorare et ei soli
seruire vt iam probatum est.
Talez hoīem requirūt oēs crea
ture et totum vniuersuꝫ qui talia
faciāt. Sed tñ hō ē totus per cō-
trarium et facit oppositum qꝛ nō
cognoscit seip̄m nec suuꝫ creato-
rem nec sua beneficia est ingrat⁹
deo de oībus bñficijs sibi collatis
non amat deum sꝫ seip̄m non ti-
met deuꝫ nec honorat sed iniuri-
at et offendit non seruit creatori
suo sed creaturis. Item cratu-
re requirunt hominē qui sit amic⁹
deo quia creature dei sunt et ser-
uiunt homini propter deum. Sꝫ
tñ homo est inimicus dei ꝯ̄rius
deo. ḡ ī isto statu ē ꝯtra totū vni-
uersuꝫ ⁊ ꝯ̄ totū ordinē creaturaꝝ

et destruēs armoniā vniuersi. Itē creature ⁊ ordo vniuersi requirūt hoiem rōnalem et nō bestialē hominem sapientē et nō stultuz nec freneticū hoiem ordinatuz intra seipm et nō inordinatū. hoiem in quo aīa dn̄etur ꝑm rōnez ⁊ regat corp⁹ autē ei famuletur ꝑuiat ⁊ regatur qꝫ creature ꝑuiunt corpori ꝑpter aiam. Sed tn̄ oppositum ē qꝫ hō in isto statu ē bestialis stultus frenetic⁹ inordinat⁹ intra se ipm et in ipō corp⁹ dn̄atur et aīa que est naturaliter dn̄a famulat ⁊ ꝑuit corpori et sic tāta inordinatō tāta iniusticia ē intra hoiem ꝙ cū aīa sit imortalis īcorruptibilis spiritualis ō natura sua portās ymaginem dei. ⁊ corp⁹ sit mortale corruptibile terrenū et corporale. ergo ꝑm rectum ordinē et verā iusticiaz postꝙ corp⁹ est vnituz cum tali aīa ita digna dꝫ ei obedire obtemperare et nullomō dn̄ari nec eam īpedire. et aīa deberet īperare mādare regere et nullomō subiugari. ⁊ tn̄ totū ē ꝑ oppositū totū ē ꝑūsū Ita ꝙ magis in hoīe corp⁹ hꝫ ꝓprias inclinationes ꝯ rōnem in honestissimas irrationabilissimas. et aīa duz deberet castigare suum corp⁹ cū sit naturaliter dn̄a et regina ipa sequitur inclinationes sui corporis turpissimas et viuit ꝑm illas et sic totaliter corp⁹ trahit aiam ad se ad suam vitā et dn̄atur et captiuat eā totaliter.

Ecce ꝙtum vituperium est infra hoiem qꝫ res mortalis corruptibilis bestialis corporalis dn̄atur et regit. et res imortalis incorruptibilis spūalis seruit et regitur et famulatur ⁊ subiugat̄. dn̄s obedit seruo nequissimo superi⁹ inferiori et rex subdito. Quare sequitur ꝙ infra hoiem ē tāta inordinatio ꝙ nō pōt cogitari maior in hoīe.

Sed cum om̄s alie creature sint ordinate intra se et sunt ꝑpter hominē sequitur ꝙ requirunt hoiez ordinatum intra se et nō talez hominē sicut est quare cōcluditur ꝙ hō in statu isto et cōtra totuz ordinez vniuersi ⁊ creaturaꝝ ymo est turpitudo vniuersi et toci⁹ ordis ergo cum de⁹ nihil faciat contra ordinem creaturaꝝ et vniuersi sequitur ꝙ nō fecit hominez talez nec in tali statu sicut modo est.

Sed cum deus fecerit hominem sequitur ꝙ fecit eum in alio statu et in tali statu sicut requirit totus ordo creaturaꝝ et vniuersi. Ergo cōcluditur ꝙ aliqn̄ fuit hō in statu cōueniēti ꝑm ordinē creaturaꝝ et hoc ōn̄dit ordo creaturarum qui semper manet. vnde cuz alie creature que sunt inferiores et minores sint cōplete quelibet i suo genere et in suo gradu. Seqr̄ tur ꝙ homo fuit ꝯplet⁹ in suo genere et in suo gradu ⁊ habuit oīa que habere debuit iuxta gradum suum. Aliter de⁹ magis amasset

res inferiores ⁊ minores q̄ maiores et tñ sunt ꝓpter hominē. Cū ergo deꝰ fecerit creaturas bonas propter hominē ḡ magis debuit fieri hō bonus. Item per experiēciam videmꝰ ꝙ impossibile est ꝙ illud quod nunc est acetū primo fuerit acetū ymo pmo fuit bonū vinū. Ita impossibile est ꝙ natura hois pmo fuerit corrupta. Ita ꝙ status corruptꝰ fuerit primus ymo de necessitate fuit pmo bona et perfecta. Sicut ḡ acetū arguit vinū. Ita iste status in quo nūc est hō de necessitate arguit alium statū in quo pmo fuit. Itē nullus artifex facit suum opꝰ primo corruptū et malū et cōtra naturam rei ymo facit suū opꝰ ſm ꝙ cōuenit operi. ḡ cum deꝰ sit sūmus artifex fecit hoiem scōm ꝙ conuenit hoi et fieri debuit. Preterea iam ꝓbatū est ꝙ deus ē magis pater hois q̄ pater carnalis. Sz bonus pater carnalis nō daret filio suo ꝙ esset ꝯtra filiū et ꝙ destrueret filiū. ergo minus deus daret aliquid homini ꝙ sit cōtra hominē ymo magis ꝓ bono homis vt ꝓbatū est prius.

Qualiter erat statꝰ pmus hois et quas ꝯditōes debeat habere.

Uoniam autē ex premissis habemꝰ duos statꝰ nature ipsius hois vnū corruptū i quo nunc est. alium ꝑfectū in quo primo fuit realiter et de facto. Et cū scia de hoie cōsistat in isto duplici statu sz vt cognoscamꝰ conditiones vtriusq statuꝰ oportet inuestigare conditiones istoꝝ duorū statuum et q̄d vterq cōuenit. Et qz isti duo status sunt ꝯrij inter se Ideo oportet ꝙ habeant cōtrarias cōditiones et per cōsequēs ex conditionibus vnius statꝰ possumus arguere et cōcludere conditiones alterius. Et qz statꝰ pmus in quo pmo erat mō non apparet nec videtur realiter nisi inquantum ordo creaturaꝝ ōndit nobis et status in quo mō est qui ꝯrius illi apparet realiter et videtur. Et ideo duo sunt per que possumus conditiones primi statꝰ cognoscere scz ordo creaturaꝝ quē videmus ad oculum ⁊ statꝰ hois corruptus qui mō apparet. Uñ postq̄ creature ostendūt nobis pmum statū hois. Ita etiā dnt ōñdere et manifestare oēs cōditiones et ꝓprietates quas debebat habere hō scōm illum statū. Uñ necesse est ꝙ cōditiones ⁊ ꝓprietates sequātur quālibet naturam scōm suum statū et ſm ꝙ ei cōueniunt. Et etiam postq̄ iste status in quo nūc est hō ꝯrius est ꝓmo statui in quo primo erat. Sequitur ꝙ per cōditiones illiꝰ status corrupti possumꝰ inuestigare condines alterius. Et primo ꝓce

damus per cōditiones istius sta-
tus ad conditiones alteri⁹. dein-
de per creaturas. Vñ postq̄ iste
status in quo nūc est. est mal⁹. se-
quitur q̄ oms conditiones quas
hꝫ scdm istum statū sūt male ⁊ tot
conditōes malas quot homo ha
bet in statu isto sunt tam ex parte
anime q̄ ex parte corporis. et hoc
neccesse est ita esse. Et ideo videa
mus et numerem⁹ ꝯditiones ma
las q̄s nūc habꝫ homo qꝛ i ꝯrijs
cōditionibus deus fecit hominē
Unde malū est homini q̄ si igno-
rans et non cognoscat se ipm nec
suū factorem. Maluꝫ eñi est hoi
q̄ habeat amorem malū ꝓpriam
voluntatem timoreꝫ malū. querat
vanitatem ꝓprium honorem seq̄-
tur sua ꝓpria desideria et suā ꝓp-
am volūtateꝫ. Malū est homi q̄
irascatur ꝯtra ratōnem et habeat
ꝯcupiscentiā in ordinatam cōtra
rationeꝫ q̄ pl⁹ appetat comedere
et bibere q̄ sit neccesse. Malū est
hoi ex parte corporis infirmitas ⁊
mors et senescere et dolor. Ma-
lū est hoi tristicia. Maluꝫ est hoi
q̄ corpus dñetur ⁊ aīa famuletur
q̄ sic rebellio corporis. Malū est
homini ex parte corporis q̄ paci
atur famem sitim et calorem et fri
gus contra naturam sui corporis
Et vt oia cōcludam⁹ malū est hoi
oīs pena et miseria. Ergo argua-
mus per ꝯrium oms ꝯditiōes bo
nas ꝯtrarias istis igitur in primo
statu homo nō erat ignorās ymo
sciens et cognoscens seipm et suū
creatoreꝫ quantū ei expediebat ⁊
oms creaturas. Itē habebat amo
rem bonuꝫ et debitū scdm amorē
dei et nō amorem ꝓuatū nō habe
bat ꝓpriam voluntatem sꝫ dei nō
habebat mala desideria nullū ti-
morem malū habebat. nō quere-
bat vanitateꝫ nec ꝓpriū honoreꝫ
nulla ꝯcupicētia erat in eo inordi
nata nec ꝯtrarietas. Nō plus ap
petebat comedere nec bibere q̄ es
set neccesse. Iteꝫ nulla infirmitas
erat i eo ex ꝑte corporis nec mors
nec senectus sꝫ semꝑ vita et iuuē
t⁹ null⁹ dolor nulla tristicia. Iteꝫ
perfecta obedientia corporis ad
aīam sine aliqua rebellione. Iteꝫ
nō patiebat᷑ famē nec sitim nec ca
lorem nec frig⁹. Nec in eo vt oia
cōcludam⁹ erat aliqua pena nec
miseria nec aliquid quod habeat
nomē mali siue ex parte aie sie ex
parte corporis siue interi⁹ siue ex
terius. Et exinde cōcluditur q̄
iste locus in quo nūc habitat hō
nō erat cōueniens nec debit⁹ iux
ta primum statū ymo totaliter re
pugnans quia in isto loco est dis-
stemperentia in calore in frigidi
tate in hūiditate i siccitate vt nec-
cessario hō altētur i corpore et pa
tentur nūc frigiditatē nūc calidi-
tatem nūc huitatem nūc siccitatē
et senesceret. que oia repugnant
primo statui in quo nihil mali de

bebat esse nec in corpore nec i aia ergo ccluditur q alius erat loc? in quo pmo habitabat i pmo statu qui totaliter erat pueniens illi statui in quo nulla erat asperitas nulla alteratio corporis nullu frigus sensibile nec calor sensibil' nec aliquid ledens corpus nec impediens aiam sz oie temperamentum Sicut g duo sut status ptrarij hominis ita sut neccessario due habitatoes hois corporales et duo loca corporalia que ptrariantur adinuicez et hnt cotrarias conditoes Sicut em se habet status ad statu ita se habet locus ad locu et habitato ad habitationem. Et ideo iste locus se habet tamq carcer respectu alterius. Hoc autez potest manifestari in exemplo de vino et aceto quia vinuz qd diu remanz in statu vini manet in bono vase. Sz quado est corruptu mutatur in aliu locuz. Ecce g qualiter per conditiones status corrupti et lapsi in quo est homo arguimus conditiones pmi status perfecti iquo pmo erat homo. Comparemus g vnu statu ad aliu et habebim? magnam noticiaz de homine.

Qualiter pbantur coditiones et pprietates pmi stat? hois scz p ordine creaturaz et p natura ipsius status et exigentiam.

Ostq aut pbauim? pditoes pmi status et hoc per priuz statuz nuc pbabim? pditiones et pprietates quas debebat habere et hoc per ordinem creaturarum et per naturam ipsius status in se Unde conclusuz est q deus fecit hominem talem et i tali ordine sicut ordo creaturarum et vniuersi requirit et petit et per conseques in statu debito contrario statui in quo nuc est Sz homo secundum ordinem creaturaz debet esse tal' q dz dare do pmo totu suu amore continue et incessanter ipsu amare meliori modo quo poterit debz ipsum timere et honorare qtum poterit ei obedire totaliter credere et sibi seruire soli. Et omnia ista debet homo facere fm modu sue pprie nature que est libertas et io cu libertate volutarie et sponte et sine aliqua coactione et ita homo debz esse talis fm ordine cratura ru q dz esse vnit? et obligat? deo imediate per tota volutatez suam sicut op? factori suo sicut bnficiatus bn factori suo sicut fuus dno suo sicut fili? patri suo taq subditus regi suo taq iudicabilis iudici suo. Et sicut sponsa suo sponso et sicut amicus suo amico cordialissimo. talis ergo erat homo in pmo statu respectu dei et talis status erat quia si aliter esset non esset talis qualis esse deberet quod fieri non debet. Igitur sequtur q nihil debuit esse in natura homis nec ex parte anime nec ex pte corporis nec intus nec extra q re-

pugnaret isti statui qd impediret homines ab omnib⁹ supradictis inclinaret hominē ad aliqd qd posset noscere homini nec ledere homines ꝯtra suā volūtatē et libertatē nihil ergo mali debebat esse in homine et per ꝯsequens nulla pena neqꝫ miseria nec in corpore nec in anima sꝫ omnia debebant esse que ꝯueniebant suo statui ad honorē dei et perfectionē et bonū hominis aliter fecisset de⁹ cōtra honorē sue potestatis sue sapientie et bonitatis. Item tota dignitas et nobilitas nature humane consistit in libero arbitrio quia per liberū arbitriuꝫ homo est hō et est super omēs alias creaturas Vñ iam ꝓbatum est ꝙ liberum arbitriū sedet super om̄s creaturas inferiores nec maiorē nobilitatē potuit deus dare homi q̄ꝫ libertatem naturalē. Nihil ergo maius pōt esse libero arbitrio in mundo Si aūt arbitriū liberū sit corruptuꝫ tūc nihil peius nihil vilius nihil turpi⁹ nihil abhoīabilius. Si aūt sit perfectū et quale debꝫ esse tūc nihil potest creari melius nec dignius. g̃ cū ꝓpria natura hoīs sit habere liberꝫ arbitrium et volūtatē cū libertate. Sequit̃ ꝙ de⁹ fecit hoīē cū libero arbitrio suo tali quali esse debebat. Et p ꝯñs postq̄ꝫ dedit hoī libertatē volūtatis dedit oīa illa que ꝑtinēt ad dignitatem libertatis et nihil dedit ꝙ esset ꝯtra nāturāꝫ voluntatis ⁊ libertatis. Aliter dedisset libertatē ꝯtra libertatem et malū hominis et penaꝫ qm̄ omnis pena ideo est pena quia est ꝯtra libertatem volūtatis et nihil est penosū homini nisi quia est ꝯtra voluntatem liberam. ergo si deus dādo homini libertatem dedissꝫ aliquid ꝯtra libertatē dedisset hoī libertatē volūtat̃ ꝯtra libertatem ⁊ dampnuꝫ hoīs et penā et sic fecit hoīem cōtra hoīē. g̃ dedit homi omia que pertinent ad libertatem voluntat̃ g̃ cōcluditur ꝙ hō in p̃mo statu nihil habuit ꝯtra suam volūtatē liberam nec in corpore nec in aīa nec in se nec extra se. Et per ꝯñs nullā penam nullā miſiaꝫ nullaꝫ violentiam nullā coactōnē. et ex isto concluso et ꝓbato possumus cōcludere oēs ꝯditōes et ꝓprietates illius stat⁹ taꝫ in corpore q̄ꝫ in anima. Vñ sequit̃ ꝙ homo in illo statu hēbat corp⁹ realiter subiectū anime sine rebellione et ei proportionabile. Ita ꝙ in corpore nulla erat libido nē ꝯcupiscētia inordinata nec aliqs motus inordinatus nec ꝯtra ratōem et voluntatē regulatam. Item quia aīa homīs est immortalis vt ꝓbatuꝫ est ⁊ naturaliter amat suuꝫ corpus ⁊ vult esse cū corpore. ergo vult ꝙ corp⁹ suū viuat et nō moriatur nec separetur ab ea sed conseruetur in esse nec vult ꝙ corpus suuꝫ putrefiat

et cōuertatur in pulueres et in cinerē ergo in primo statu homo habuit tale corpus quod nō moriretur neque morte violēta neque morte naturali cuius mors sit semper cōtra naturā in humana natura quia aliter habuisset corpus contra suam volūtatē et cōtra naturā anime que est imortalis. Item mors est vltimū terribilium et est odibilissima et horrendissima et nullomō amabilis nec placibilis. quare sequitur quod mors in primo statu nullomō habuit locū. Sed solum vita que non est contra voluntatem. Item per mortē homo desinit esse homo. Sed homo in primo statu sicut debuit esse homo semper voluit esse homo nec voluit esse mortuus homo quare nullomō homo in primo statu potuit velle nec amare mortem ymo odire quia nihil magis inimicum homini quam mors nihil magis contrarias ergo mors nō habuit locum tūc in natura hominis sed vita ergo in primo statu erat imortalis quia nō debuit habere illud quod nullomō est amabile sed totaliter odibile et horribile homini Igitur nullomō potuit tūc habere mortē nisi in penā et omnis pena est contra voluntatem et homo nihil debuit habere cōtra suā voluntatem et maxime mortē que nō solum destruit corpus sed totū hominē. Item sicut homo nollet mortē ita nellet senectutem nec perdere iuuentutē nec pulchritudinē corporalem nec fortitudinē sed semper vellet cōseruari in suo vigore quia maxima miseria est venire ad senectutem. ergo sequitur quod erat natura hominis in primo statu vt nunquam senesceret nec perderet iuuētutem nec vigorem. Aliter sequeretur quod homo pateretur et haberet aliquid cōtra suā voluntatē et sic pateretur penā et tristitiam quod fieri nō debuit nec est simile de aialibus brutis sicut de homine quia nō habent aiam imortalē et semper viuentē nec liberum arbitriū vnde eis cōuenit mors naturalis et senectus et senescere. Et sic conclusum est quod homo in primo statu ineternū nō moriretur. et ideo neccesse est esse alium locū quam istum in quo homo tunc habitabat in quo homo nulla pateretur alterationē in corpore nullā lesionē nec calorem nec frigus nec aliquid haberet cōtra suam volūtatē sed esset locus temperatissimus qui conueniret imortalitati corporis qui totaliter esset locus cōuenientissimus sine vento sine turbatione aliqua. Ubi autē sit talis locus in terra ad presens relinquitur sed sufficit probare talem locum esse. Itē etiā neccesse erat esse alios cibos et fructus quam istos quibus quilibet homo vteretur qui conuenirent imortalitati corporis qui essent temperatissimi. Qualiter autē posset esse corpus imortale et qualiter homo sic fieret nimis prolixum esset declarare sed sufficit scire quod deus facere potuisset et sciuisset si voluisset. postquam ita fieri conueniebat.

Tamen possumus dicere q̄ fieret tam per ꝯplexionem corporis tē-peratissimā per quam corpus eēt dispositum ad immortalita tem q̄ per virtutem anime que est imor-talis que viuificaret corpus i per petuum et daret corpori vitam in defficientem sicut ipsa de natura sua est vita indefficiens creata q̄ ꝯseruaret corpori suam ꝯplexōe3 que ita q̄tum est de se potest viui ficare corpus imperpetuum sicut per vnam diem. tam etiā per vir-tutem fructuum illius loci tempe ratissimi. Qui autem bene cogno cit causā quare est neccesse q̄ nu nc corpus moriaꝛ poterit scire mo dum qualiter tunc homo nō mo-rietur per oppositum.

Qō in ꝑmo statu omnes crea ture obediebant homini.

Ex predicto etiam fūdamen to sc3 ex natura liberi arbi-trij ipsius libertatis ꝓbatur q̄ in primo statu hominis erat obedi-entia creaturaꝝ. Uñ postq̄ in primo statu nihil erat contra na-turā volūtatis ⁊ libertatis seu libe ri arbitrij homīs q2 erat totaliter obediēs deo libere et spōte q̄diu stetit in illo statu. Et q2 vbi est libertas voluntatꝭ seu liberum ar-bitrium. Ibi ē naturaliꝭ dñiū im-perium principat⁹ et dñatio. Et cu3 inobediētia seu rebellio sit cō tra diuinū iperiu3 seu principatū sequiꝭ q̄ i primo statu nulla erat inobedientia nulla erat rebellio contra hoiem et per ꝯñs erat ꝯ⁹a obediētia et subiectō. Aliter ei se-queretur q̄ libeꝝ arbitrium i quo esset dñiū esset datū hoi in penam et tristitia3. ġ cōcluditur q̄ oīa in feriora obediebant iperio et dñio hoīs et nihil erat sibi rebelle nec i obediens sicut em̄ hō qui habe-bat libeꝝ arbitriu3 erat sub dñio dei et obedientia ei⁹. Ita inferio ra que erant sub hoīe que nullu3 habebāt libeꝝ arbitrium nec per ꝯñs dñium debebāt esse sub dñio et obedientia hoīs. Solus em̄ hō in vniuersitate creaturaꝝ hu-ius mūdi habebat dñium et natu ram dñandi et iperandi. ġ oīa illa que nō habebāt dñium nec natu-ram aptā ad dñandū debebāt eē sub dñio. quare hō debebat dñari oībus inferioribus creaturis tan q̄ rex et imperator oīm creatura-rum cui soli a deo datu3 fuerat vt posset dñari. frustra em̄ esset dñiū vbi nō esset obedientia inferioꝝ. Item hō in primo statu erat totā liter amic⁹ dei totaliter obediens deo q2 talis erat prim⁹ status. er-go oīa que dei erant habebant in clinationem ad hoiem. ergo nihil poterat esse cōtra voluntatē hoīs aliter oīa nō essent dei ergo si hō obediebat totaliter deo omia quē erant sub hoīe obediebāt hoī ⁊ fa ciebant voluntatē ei⁹. Item si ali

quid dñatur hoi dz dñari oibus que sunt sub hoie et que sunt pro pter hoiem. Et hō dñabatur hoi qz dñabatur sibiipi erat em̄ dñs sue ppriе voluntatis et sui corpo ris et oim membroꝝ suoꝝ ḡ debe bat dñari oibus creaturis inferio rib⁹ que sunt minores hoie ꝛ sūt propter hoiem. qui em̄ dñatur ꝟe maiori dz dñari minori. Et sic ptz qualiter per naturā liberi arbitrij et libertatis pbātur oms̄ cōditōes status in quo primo erat hō. Qui ḡ bñ cognoscit dignitatē excellen tiaz et nobilitatē liberi arbitrij po terit clare videre oia illa que pti nent ad primū statum hois qz hō fundaf in libero arbitrio. Sicut q̄ bñ cognoscit dignitatē et excellen tiaz regie magestat̄ cognoscit oia que ptinēt ad statuz regiuz et sue maiestatis et dignitatis. Ecce ḡ qualiter p duas vias inuenimus cōditiones et pprietates pmi sta tus in quo pmo fuit hō fact⁹ scz tam per istū statuz corruptū i quo est hō tam etiā per ordinē creatu rarum. Et per naturā ipius stat⁹ in se qui est status libertatis i qua nulla erat corruptio nec puersitas Sicut aūt per naturam liberi ar bitrij sani et pfecti pbauim⁹ con ditiones illius stat⁹. Ita ecōuerso per naturam liberi arbitrij corru pti et puersi possum⁹ pbare cōdi tiones sui stat⁹ et que pertinēt ad ipsum qz eadem est scia opposito rum. Comparem⁹ ergo istos du os status hois inter se ꝛ videam⁹ qualis hō erat hō ꝛ qualis modo est vbi erat primo et vbi modo est quot et quāta bōa pdidit ꝛ quot ꝛ quāta mala nunc hz et sic per istū modum habebim⁹ verā cognitio nē de hoie aliť ignorabim⁹ hoiez Ecce igr̄ quō creuit scia de hoie qz nūc habem⁹ duas scias vnam de hoie perfecto et sano et aliā de homine corrupto et lapso.

De origine corruptionis ꝛ ma li nature hominis.

Post pdicta oportet iuestiga re originē corruptiōis ꝛ ma li ipsius nature hois ꝛ quomodo intrauit et quis fecit hominem ta lem et in tali statu fecit modo esse Uñ pbatum est ꝙ deus nō fecit hominē talez ymo fecit ipsum in debito statu. ḡ neccesse est vel ꝙ ip se homo met per se fecerit seipsuz talem scz ꝙ fecit suā corruptionē suam perditionē et suum malū vl̄ aliqua alia creatura. Et qz pro batum est ꝙ nihil poterat nocere hoi nec ledere hoiem nec aliquaz violētiam facere cōtra eū cōtra su am volūtatē nec cōtra suā liberta tē ḡ neccessario ꝯcludiť ꝙ ipemet hō voluntarie libere et spōte p su am voluntatē nulla alia re cogēte fecit seipm in tali statu fecit suam corruptionē et suum maluz ꝛ per

dedit seipm̃ et statũ pmũ bonum et fecit seipm̃ malũ. Et qꝫ nos probauim⁹ om̃s cõditões primi status hois per libeꝝ arbitrum ⁊ rõne libertatis et volũtatꝭ et fecim⁹ fundamẽtuꝫ et caput nostrum in libero arbitrio. Ita ꝙ oia debebatur hoi rõne libertatis et volũtatꝭ scꝫ ĩmortalitas ꝯseruatio iuuẽtutꝭ obedienta creaturaꝝ et alia sup̄dicta. Ita ꝙ nullum maluꝫ debebat esse in hoie contra suã voluntatẽꝫ. g̃ per oppositũ arguam⁹ si i hoie ẽ aliquod malũ et aliqua pena seu miseratione ꝙ ipm̃ liberuꝫ arbitrium seu volũtas libera ẽ in cã. g̃ neccessario pmum malũ fuit in libero arbitrio et in voluntate libera. Cum g̃ in natura hois recipiant multa mala mltiplex pena mltiplex miseria et calamitas mltiplex defect⁹ et tñ nõ deberẽt eẽ sm̃ statum debitũ et nõ cõueniũt statui debito liberi arbitrij sani et perfecti. g̃ sequit̃ ꝙ ipm̃ libeꝝ arbitrium ẽ corruptũ ꝑuersuꝫ malũ deuiatum et mutatũ in suũ ꝯ̃riuꝫ g̃ sicut dicim⁹ ꝙ deus dedit tales cõditiões et ꝓprietates hois hoi in primo statu debito qꝫ libeꝝ arbitrium quod erat bonũ ita exigebat dicas per oppositum ꝙ ideo hõ nunc hꝫ oppositas cõditões ⁊ tot mala tam in aĩa ꝙ̃ in corpore tam int⁹ ꝙ̃ extra qꝫ libeꝝ arbitriũ exigit et ita debet̃ ei et per ꝯ̃ns ipsum ẽ malũ et in eo ẽ corruptio et malicia que nõ deberet eẽ. oia ei dñt ꝓportinari libero arbitrio sic g̃ primũ maluꝫ seu pm̃a malicia ⁊ prima corruptio fuit in libero arbitrio ⁊ volũtate libera. ⁊ sic habemus radicẽ oim maloꝝ in natura hois. cũ g̃ primũ in vno ꝗ̃ gñe sit cã oim alioꝝ seq̃tur ꝙ malũ liberi arbitrij seu voluntatꝭ qd̃ est primum malũ sit cã oim maloꝝ ⁊ ab illo hñt originẽ oia alia mala ⁊ ꝓpter illd̃ maluꝫ sunt. Et si illd̃ malum nõ esset nulluꝫ maluꝫ esset. et qꝫ de⁹ nõ fecit libeꝝ arbitriũ malum nec corruptũ. g̃ seq̃tur ꝙ ipm̃ libeꝝ arbitriũ fecit seipm̃ malum et corrupit seipm̃ et nocuit primo sibiipi. g̃ voluntas hois fecit seipsam malã libere et spõte et voluntarie nullo cogente quia aliter fieri non potuit.

Quod ñ sunt nisi duo mala scꝫ voluntarium et inuoluntarium

T qꝫ nihil põt fieri maius malum nulla maior tristitia nulla maior corruptõ nulla maior ꝑuersitas ꝙ̃ liberi arbitrij et volũtatis nec per ꝯ̃ns maior difformitas seu turpitudo. Et iõ qꝫ libeꝝ arbitriuꝫ tantã maliciã tantã corruptionẽ fecit in seipo voluntarie et spõte sequit̃ ꝙ est odibile ⁊ nullomodo amabile et ꝙ istud malũ est ei imputabile totũ ⁊ culpa est in eo qꝫ istud maluꝫ ẽ voluntariũ et per ꝯ̃ns istd̃ malum ẽ pugnibi

le vidicabile et iudicapile et ei de
betur pena et pugnitio τ iō ō nec
cessitate ad istō malum dꝫ sequi
aliud malū scꝫ maluꝫ pene et pu
gnitionis et vindicte τ istud ma
lum ē iuoluntariuꝫ et cōtra volū
tatem. Et sic duplex est maluꝫ scꝫ
voluntariuꝫ et iuoluntarium scꝫ
maluꝫ culpe et maluꝫ pene. et ad
ista duo mala reducūt oia mala.
Un̄ pmuꝫ maluꝫ ē voluntarium
et iō delectabile et placꝫ volūtati
iō nō sentit nec dat dolorē nec tri
stitiā. iō neccessario scōm malum
scꝫ iuoluntarium ē tristabile et di
splicibile voluntati dās penā do-
lorem et tristitiā et oportet ꝙ sen-
tiat a voluntate. et iō istud malū
maifestat pmum et facit ipm co-
gnosci nec aliter cognosceret τ iō
bene ordinatū est vt qui facit ma
lum quod nō sentit ꝙ habeat ma
lum quod sentitur et percipit. Et
ideo propter ista duo mala nec-
cesse est ꝙ sit ordo iusticie et ordo
iudiciarius qꝛ voluntas seu libe-
rum arbitrium facit pmum malū
scꝫ voluntarium sꝫ scōm scꝫ inuo
luntariuꝫ scꝫ pene τ pugnitionis
voluntas nō facit sed fit per mo-
dum iusticie τ sic alius facit ideo
neccesse est ꝙ sit iudicium et iusti
cia ad faciendum secundum ma-
lum et ad proportionendum qa
secundum malum ordinat primū
quod est inordinatū et ꝯtra ordi-
neꝫ nature. Et iō quia voluntas
seu liberū arbitriū exit ab ordine
nature debito neccesse ē ꝙ cadit
in ordinē iusticie. Un̄ isti duo or-
dines qui respondēt duobꝰ stati-
bus liberi arbitrij stant sō ordine
nature. sꝫ scōus statꝰ scꝫ corruptꝰ
et malus stat sub ordine iusticie τ
iudicabili. Sic igit oīe malū qꝺ
est in hoīe est volūtariū vel inuo-
lūtariū vel est maluꝫ culpe vel est
malū pene et sic in hoīe reperitur
malū inuolūtariū pene et miserie
vt patꝫ per experientiā. Ideo de
neccessitate requirit ꝙ in hoīe fu-
erit malū volūtariū τ malū culpe
qꝛ impossibile est malū pene esse si
ne malo culpe. Et quia homo nō
fecit sibi ipm malū pene et miserie
quod est malū inuolūtarium. τ cō
tra suā voluntatem. ideo sequitur
ꝙ alius fecit istud malū homī et
per ꝯñs deus fecit malū in volū-
tarium in hoīe et homo fecit ma-
lum volūtarium scꝫ malū culpe τ
deus fecit malum pene et miserie
pugnitionis et vindicte. ac tamē
possumꝰ dicere ꝙ homo facit am
bo mala pmuꝫ volūtarie et scōm
meritorie. quia scōm malū fit pro
pter pmū iuste τ debite qꝛ ei debe
tur. Un̄ quia liberꝝ arbitrium seu
volūtas corrupit se ipaꝫ et diffor
mauit seu deturpauit et destruxit
bonitatem quam deus dederat τ
pulchritudinē et decoreꝫ et muta
uit se inmaliciā et in turpitudinē
τ in formā ꝯtrariaꝫ ideo fecit deo

iniuriaȝ offensaȝ et vituperium ⁊ fuit ↄtrarium discordans et dissimile totaliter deo ꝑpter quod fuit neccesse ꝙ separetur et diuideret a deo ratione ↄtrarietatis et perderet vnitatem et amiciciam quã habebat cũ deo ꝑpter quod nullomõ potuit placere deo ymo totaliter displicere et essẽ odibilem. Et ideo de⁹ propter iniuriã ⁊ offẽsam sibi factã et summã ingratitudinem pugniuit ipm hoiem dando sibi malum pene miserie et tristitie vt ad occulum videm⁹. Et ideo scõm malum scȝ pene et miserie est debitũ ordinatũ iustum ⁊ scõm rectam rõnem q₃ est ꝫm deum. Ecce igr̃ ordinẽ malorum ꝙ̃tum ad originẽ sȝ ꝙ̃tum ad cognitionẽ primo apparet nobis malũ pene et iniurie siue inuoluntariuȝ et deinde ꝑ illud arguim⁹ de neccessitate ꝓcessisse malũ voluntarium seu culpe in hoĩe ⁊ illud malũ culpe separauit hoieȝ a deo nũꝙ̃ eñ de⁹ ꝑmitteret esse malũ pene ⁊ miserie nisi ꝓcessissȝ malũ culpe Et ꝑ ꝯñs de neccessitate cõcludit ꝙ inter deũ et hoies fuit culpa iniuria et offensa ꝓmaria et ꝙ hõ ꝓmo iniuriat et offendit deum factorem suum et sic hõ semper portat in seipõ signum et testimoniuȝ infallibile per quod põt veraciter arguere culpã iniuriã et offensaȝ contra deũ in natura hoĩs fuisse.

Quod ista culpa et iniuria seu offensa cõtra deũ ꝑpter quã ẽ pena et miseria in natura hominis sunt facta per primum virum et ꝑ primam mulierem insimul.

Tc q₃ per malum pene ⁊ miserie nos cognouim⁹ culpã ⁊ iniuriã fuisse. Ideo scõm modũ et cõditionẽ pene arguim⁹ modũ cõditionem et qualitatẽ culpe q̃a in pena relucet ipa culpa. Uñ q̃a pena que est in natura homĩs est vl̃is et cõis oibus hoĩbus q₃ omnes paciunt̃ penã mortis et alias miserias in vtroq₃ sexu tã in viro ꝙ̃ i muliere. Ideo sequitur ꝙ culpa et iniuria ẽ cõis ⁊ vl̃is oib⁹ hominibus. Et q₃ oñs hoies nascũtur in ista pena et miseria et dum sunt in vtero et qñ nascũtur ñ pñt cõmittere culpam nec iniuriam quia culpa seu iniuria et offensa est malum voluntariuȝ ⁊ nullus hõ in vtero nec qñ nascitur extra vteꝝ põt cõmittere malũ voluntarium nisi tunc qñ vtitur libero arbitrio. ergo sequit̃ ꝙ ille qui fecit primum malũ voluntarium ⁊ primam culpaȝ fuit magis adultus et ꝙ fuit prim⁹ homo qui fuit cõmunis et vl̃is oibus q₃ nisi fuissȝ in primo hoĩe nõ se extendissȝ ad oñs. Et sic cõitas et vniuersalitas et ydemptitas pene et miserie arguit et probat oñs homĩes descendisse ab vno primo homĩe in quo fuit primũ malum culpe ⁊ primum malũ voluntariũ ⁊ ꝓmũ

malū pene et miserie in quo pmo ipa natura hominis fuit corrupta lapsa et peruersa et ab illo diriuatū est malū ad om̄s hoīes. Et quia pena et miseria est in vtroqȝ sexu. ideo sequitur etiam ꝙ in pma muliere fuit ideȝ malū qd̄ in pmo viro et ꝙ culpa fuit cōis ambobus Et sic conclusuȝ est ꝙ est dare primū viruȝ et pmam mulierem qm̄ ambo fecerūt culpam iniuriam et offensam contra deū et ꝙ ab ipis tanq̄ pmis radicib⁹ diriuata sūt oīa mala in posteros filios eoruȝ et filias per successioneȝ. et sic omnes homies hn̄t vnū pmū hoiem patrem et vnam mulereȝ pmam matrem in cōi et in gn̄ali. Et ideo omnes homines sūt hoies respectu istius pmi patris et prime matris et hoc scd̄m carneȝ. Qualiter aūt factus fuit pmus hō et pma mulier ⁊ in quo statu iam per illa que dicta sūt superius de pmo statu hois pōt sciri ⁊ cognosci qm̄ in statu meliori et perfectiori ⁊ in etate pulchriori. et ideo prim⁹ homo ⁊ prima mulier habuerūt ambos status nature hominis quia fuerūt pmo in statu perfecto deinde ceciderunt in statum corruptū et malum. sȝ natura que fuit in omnibus alijs hominibus nō fuit nisi in statu corrupto et lapso. Et iō homines qui fuerunt post ipos ⁊ sūt credūt naturam hominis quā habent fuisse sic conditam et nun q̄ fuisse in alio statu. Sȝ vlterius est inuestigandū quis pmo fecit culpam offensā et iniuriam cōtra deū vel mulier et quis magis offendit vel vir. Sȝ hoc scire poterim⁹ ex quātitate pene et miserie. Vn̄ videm⁹ p experientiā in muliere quasi duplicatam penā et miseriam respectu viri. Cōcludere ḡ possum⁹ ꝙ mulier pmo offēdit deū et ab ipa habuit originem pma culpa et offensa cuȝ sit magis pugnita q̄ vir et per ꝯsequens in ipsa muliere fuit primo natura humana corrupta.

Qd̄ prima culpa seu offēsa fuit inobedientia ꝯtra deum.

Et quia nōdum inuestigauim⁹ in spāli de prima culpa seu offēsa primi viri et pme mulieris et qualis fuit ꝓpter quā pugniuit eos deus. Et iō opȝ hoc inquirere in spāli. Et qꝛ nos videm⁹ pugnitōeȝ per expientiā iō per ipsā pugnitionē poterim⁹ inuenire ipaȝ culpam qualis fuit. Unde iā ꝓbatuȝ est superi⁹ ꝙ in pmo statu oīa membra corporis erāt obediētia volūtati et rationi sine aliqua rebellione omia mouebātur ad imperium rationis. Sȝ modo videm⁹ per experientiā ꝙ vnum membrū taȝ in viro q̄ in muliere est totaliter rebelle et inobediens bone rōnis dictamie reglāti imperio ⁊ dn̄io liberi arbitrij scȝ mēbrū p quod fit gn̄atio qm̄ nullomodo

obedit rationi ymo semꝑ ꝯtra ra-
tōem mouetur et ꝯtra volūtatē sic
regulatā. Cetera aūt mēbra obedi
ūt voluntati quid ḡ significat h̄ ꝙ
mēbra ḡnationis sūt singulariter
sine obedientia et alia obediūt ni
si ꝙ sicut oms ḡnamur et eximus
per membrū inobedientie. Ita et
nos omnes sumus filij inobediē-
tie. Unde ꝙ mouetur aliqḋ mem
brū in hoīe ꝯtra imperium ratio-
nis signū est ꝙ fecit aliquid cōtra
imperiū sui creatoris. Et quia suū
membrū generationis mouet cō-
tra imperium rationis et nullum
aliud signū est ꝙ omnes sum⁹ fi-
lij parentum inobedientie. Ita ꝙ
omnia mala eueniunt nobis pro-
pter inobedientiam quia in porta
ḡnationis est vera inobediētia et
rebellio. ergo p̄ma culpa fuit iobe
diētia et nō potuit esse sine aliquo
mandato. ḡ aliquod fuit mādatū
adeo cui fuerūt inobediētes. Itē
hoc idē potest ondi ex natura libe
ri arbitrij et status p̄mi in quo hō
fuit format⁹. Unde natura liberi
arbitrij est vt faciat opus remune
rabile quia opera bona facta ex li
bertate remunerabilia. Itez quia
homo ita debuit formari vt possz
acquirere aliquod bonū qḋ nōdū
sibi datū fuerat ꝙuis em̄ esset per
fectus in natura tamen nondum
erat totaliter cōfirmatus qꝛ aliqḋ
maius adhuc habere poterat scz
ꝯfirmationem illius status inquo
erat quē perdere poterat sz nō ni-
si volūtarie et nō per violentiam.
Item adhuc nō habebat gliaz ce
lestē ꝛ glorificatōez corporis ꝛ aīe
ad quā trāsmutād⁹ erat. et sic hō
fuissz totaliter ꝯpletus et cōsūma
tus in gloriā vt nihil ampli⁹ pos-
set ei dari et iam ꝑ ipm libeꝝ arbi
triū nō posset aliquid lucrari nec
mereri sibi. Et sic i natura hoīs ꝑ-
fecta duo status sūt ꝯsiderādi scz
stat⁹ in quo possz mereri et lucra
ri per ipm libeꝝ arbitriū ꝛ status
inquo totaliter essz ꝯpletus ꝛ ꝯfir
matus in glia et sic essz stat⁹ meri
ti et stat⁹ p̄mij. et ideo qꝛ ista duo
debēt esse in aīa scz premiū ꝛ meri
tuz vitoria et corona ꝛ hoc ꝓpter
libeꝝ arbitriū quod ꝑ ꝓpriū op⁹
debet coronari ꝯueniens fuit pri-
mo ꝙ homo fieret in statu meriti
vt scz possz mereri deinde in statu
premij et vitorie transiret ad sta-
tum premij et corone. Et hoc erat
valde laudabile et gliosuz et sapo
rosum vt hō per ꝓprium merituz
acquireret suū p̄miū ꝛ vltimū ac
finale bonū qꝛ hoc requirit natu-
ra liberi arbitrij quia pōt flecti ad
duas partes oppositas ꝛ ideo qn̄
se flectit totaliter ad meliorez et ꝑ
seuerat in illa quasi tūc dicitur ha
bere victoriam de opposita parte
quasi de inimico et meretur coro-
nari. Et ideo deus quia ista fieri
conueniebat fecit hominem pri-
mo in statu merendi et dedit ei cō

pletissime oīa que pertinebāt ad illum statū. Ita ꝙ dedit omia illa que poterāt ipm iuuare ad merē-dum suū finale et vltimū bonuꝫ in eternum et nihil habebat ꝙ im pediret ipm. Et iō cōuenientissi-muꝫ fuit ꝙ deꝰ daret hoi occasio nem merendi ne in vanū esset cre atus in statu merēdi. Et qꝛ nihil ē magis efficax ad merenđ ꝙ̄ pura obedientia seu opꝰ ex pura obedi ētia qꝛ p̄mum ⁊ radicale opus re spectu dñi et serui respectu princi pis et subditorū et inferioꝝ respe ctu superioris est obedire pure et simpliciter et in isto fundātur oīa opera que precipiūtur qꝛ si obedi re nō est voluntariū nullum opꝰ ē qđ sit acceptabile. Si ḡ in operi-bus factis ex libertate ē meritum sequitur ꝙ in p̄mo hoie opꝰ i quo oīa opera meritoria fundātur ⁊ ra dicantur et totū meritū et lucruꝫ est opꝰ obedientie ḡ in opere obe dientie sine alio adiuncto est oīe meritum radicaliter. Ideo certe hō exerceri debuit primo in ope re obediētie. et sicut erat perfectꝰ in statu merendi. Ita primo face-ret opꝰ perfectū meritoriuꝫ vt qꝛ poterat obedire ⁊ nō obedire. Si haberet victoriā contra inobediē tiam perseuerādo totaliter in ipa obedientia quasi per mođ pugne et victorie acq̄reret suā coronam. Et iō cōuenientissimū fuit ꝙ deꝰ daret p̄ceptū hoi i quo pura obe-dientia appareret et exercētur. Ita ꝙ in illo p̄cepto nulla appare ret vtilitas hois ne propť cōmo-dum et vtilitatē ad illius opꝰ in-duceret. Sed solū ex pura obedi entia p̄cipientis et mandantis et sic dilectio per experientiā ꝓbare tur. Et qꝛ magis apparet obe-dientia in p̄cepto negatiuo seu ꝓ hibitiuo ꝙ̄ affirmatiuo mandatū datum ē magis ꝓhibitiuū ꝙ̄ affir matiuum et breuiter eomō quo đ buit esse ⁊ quo magis cōuenit pu re obedientie et mereri. Et sic cō-cludere possumꝰ ꝙ deꝰ in princi-pio qñ fecit primū hoiem ⁊ primā mulierem dedit eis aliquod p̄cep tum de sola obedientia vt hō ha-beret occasionē merēdi et lucran di suum finale bonū eternū ⁊ glo riam celestem et cōfirmationē oi-um bonoꝝ que possidebat vt sic hō sentiret rectissime de statu me riti et per obedientiā cōfirmatam et perfectā perduceret ad statum p̄mij scꝫ ad gl'iam celestem. et vt hō maxie esset actentꝰ ad seruien dum obedientiā et fugienduꝫ in-obedientiā et firmiter cōstaret ei de voluntate dei mādantis cōue niens fuit vt deꝰ apponeret penā cum p̄cepto ⁊ talē penā qua non posset excogitari maior et nulla ē maior ꝙ̄ pena mortis qꝛ nihil ma gis terribile nihil magis timenđ ꝙ̄ mors maxie in statu illo primo Et sic postꝙ̄ iam cōclusū est supe-

rius infallibiliter q̃ aliqua culpa et iniuria seu offensa cōis seu gñalis est inter deuz et hoīem q̃ vniuersaliter tangit hoīes postq̃ etiam declaratū est q̃ de⁹ dedit aliquod p̄ceptum de sola obediētia exercēda et probāda. Sequit̃ q̃ illa culpa iniuria ⁊ offensa fuit inobedientia cōtra deū scʒ q: hō fregit p̄ceptum dñi per inobediētiam et incepit habere et sequi suam propriā voluntatē contra dei voluntatē. Et q: iam declaratum est plurib⁹ locis superius q̃ nihil est magis cōtra deum q̃ propria voluntas. et propria voluntas idē est q̃ inobediētia. Ideo nihil magis cōtra deū q̃ inobedientia. et ideo hō nihil potuit facere peius q̃ inobedieniā nec aliquid mai⁹ q̃ obediētiā erga deū Et idō si hō per obedientiā meruisset cōfirmationē oīm bonoꝝ q̃ habebat et glorificationē celestem ⁊ habitationē eternaʒ in celis cum deo. Ita per inobedientiā meruisset perdere oīa bona que posside bat et pati penā eternam et bitationem infimā et eternā separatōnem a cōsortio dei. Ecce igr̃ recolligendo habem⁹ in natura hoīs duos stat⁹ scʒ statum integruʒ et perfectum et statū lapsum et corruptuʒ. Et ſm hoc habem⁹ duos ordines scʒ ordinē nature et ordineʒ iusticie seu iudiciariū. Prim⁹ status erat tot⁹ in ordine nature debite. Sed scd̄us stat⁹ cecidit i ordinā iustitie q: est status pugnitionis ⁊ pene iudicij q: in isto statu nō est nisi culpa et pena et tot⁹ ꝟsatur circa duo q: hō cecidit in culpā in penam ⁊ in miseriā ⁊ ita semper manet per se q: ipemet fecit illum statuʒ. Et exinde patuit q̃ nō sunt nisi duo mala scʒ malū volūtarium quod ē malū culpe. ⁊ malum iuoluntariuʒ qd̄ est malū pene et miserie. Item etiā stat⁹ integer ⁊ san⁹ diuisus fuit in duos status scʒ in statum meriti seu merendi et in statū p̄mij. et iste stat⁹ p̄mij respiciebat duo p̄mia. primuʒ p̄mimū erat in mūdo scʒ cōfirmatio oīm bonoꝝ que possidebat. scd̄m p̄mium erat vltimū i celesti gloria ineternū. Alter auteʒ status lapsi⁹ respicit duas penas et miserias scʒ penā ⁊ miseriā temporaleʒ in qua hō perdidit omia bona que collata fuerāt a deo et locum delectabilē et habuit mala contraria bonis ⁊ respicit penā et miseriā eternā post morteʒ corporaleʒ loco glorie eterne et gaudij sempiterni habemus etiam q̃ inobedientia hoīs contra deum fuit illa culpa per quam intrauerunt oīa mala i naturā hūanā.

Hic inuestigat̃ si hō per se nullo alio instigante et inducente offendit et iniuriauit deuʒ vel si fuerit instigatus.

Sed valde mirandũ est cum primus homo in primo statu esset ita perfect⁹. Ita cõpletus in oĩ perfectione et cognitõe sibi neccessaria essꝫ etiã amic⁹ dei et amaret deũ. Cum creauerit in tãta dignitate ꝙ super oẽs alias creaturas quõ potuit velle offendere deũ et facere aliquod displicitum ei et cõtra suã voluntatem per experientiã. Uidem⁹ ꝙ in isto statu lapso amic⁹ nõ vlt offendere amicũ et ille q̇ receperit bñficia ab aliquo diligit illũ ymo amicus multotiens moritur pro amico. ergo mlto magis ĩ illo statu sano et perfecto cũ homo esset bon⁹ tot⁹ gratus et talis erat creatus. ergo videtur ꝙ homo proprio motu nõ offendit deum nisi primo fuerit instigatus et indut⁹ per aliquem alium. Item etiaꝫ nõ potuit hoc fieri vt homo frangerꝫ mãdatuꝫ dei et faceret contra suã voluntatẽ nisi esset sibi promissum aliquod mai⁹ bonuꝫ q̄ illud quod habebat qꝛ aliter nõ videtur qualiter homo potuit facere cõtra deum nec induci nisi propter aliquod maximũ bonum acquirendõ. Sic ḡ videtur ꝙ duo fuerũt ibi scꝫ instigatio et cuꝫ hoc maxia pmissio maioris boĩ q̄ illõ quod habebat. Item etiã hoc totũ confirmatur qꝛ ambo peccauerũt cõtra deum ⁊ pl⁹ mulier q̄ vir qꝛ in duplo pugnita est. Sed si nullo instigãte peccassent vir et mulier videtur ꝙ peccassẽt exelatione et superbia bonoꝝ que habebant supra aialia et ex dñio et dignitate qꝛ habebant dñium supra oia creata. Sed si ita esset tũc prius peccasset vir q̄ mulier qꝛ ĩ maiori dignitate erat qꝛ primus et mulier scđa in sociã et in adiutorium sibi data et tñ fuit oppositum. ḡ alio instigante peccauerũt Sed que fuit illa res que potuit ĩducere primum virum et pmã mulierem cõtra deuꝫ. non em̃ potuit esse aliqua res inferior hoĩe q̄ non habet intellectuꝫ nec natura propria hoĩs fuit adhoc inclinata ymo magis in oppositũ qꝛ bona erat. ḡ sequit̃ ꝙ fuit aliqua res maligna hñs intellectũ et voluntatẽ sciẽs facere maluꝫ cupiẽs nocere hoĩ et inuidẽs ei cognoscens bonũ suũ quod poterat acq̄rere et per pñs vt iimicaret̃ deo instigabat hoĩem cõtra deuꝫ. ḡ oportuit ꝙ illa res esset de natura itellectuali et spũali creata. ḡ erat aliquis spũs seu angelus. ḡ iaꝫ erat aliq̄s angel⁹ mal⁹ corrupt⁹ ⁊ lapsus. ḡ videt̃ ex hoc ꝙ ĩ natura pure itellectuali seu ãgelica erat malũ et corruptõ pusq̄ in natura humana.

Quod ꝑ rõnẽ oñditur ꝙ laps⁹ seu perditio et corruptio pmo fuerit ĩ natura spũali et simplici q̄ in natura mixta seu humana.

Quauis autē per processum iam factuz satis ꝓbabiliter ostēsum est ꝙ in natura angelica fiunt primo malicia ꝙ̄ in hūana natura eo q₂ hūana alio instigante et inducete facta est mala ⁊ corrupta. ac tn̄ possumus hoc aliter ostēdere probabiliter sc₃ cōparando naturas adinuicē et ex cōditōnibus vtriusq₃ arguendo. vn̄ iam dictum est superi⁹ in capitulo de natura angelica ꝙ tres sunt nature create ex quib⁹ ꝯsistit totū vniuersum sc₃ natura corporalis tm̄ que nō h₃ spm̄ imortalē. et natura corporalis et spūalis in simul scil₃ hūana. Sicut autē ꝑ istas duas naturas quas videm⁹ probamus tertiam esse sc₃ spūalem tm̄ quaz nō videm⁹. ita similiter quodāmō ex corruptione ⁊ lapsu nature medie sc₃ corporalis et spūalis insil' seu mixte possum⁹ suspicari de lapsu et corruptione nature spūalis tm̄. Unde natura in fima scil₃ corporalis tm̄ est bona et n̄ corrupta nec mutata a suo statu nec ꝑdita nec lapsa. Sed natura mixta est tota mala corrupta et perdita ⁊ lapsa a suo statu. Et iō cū nos videm⁹ naturam supremā visibilem corruptā et nō aliam sc₃ corporalē et hoc factum est q₂ hn̄t liberum arbitrium et voluntatē liberā querere possum⁹ si in natura spūali tm̄ sc₃ āgelica cū sil'r habeat liberum arbitrium sicut media fiunt corruptio. primo et maluz. Un̄ sicut natura hoīs debuit habere duos status ꝓpter liber̄ arbitrium sc₃ statū meriti seu merendi et lucrādi et statum pm̄ij et glīe seu glorificationis. Ita in natura angelica sil'r debuerūt eē isti duo status q₂ hoc exigit liber̄ arbitrium creatum. Et iō fuit primo creata in statu vt posset mereri et lucrari per liber̄ arbitriū suum finale et vltimū bonum et habuit oīa neccessaria pro illo statu. Sz nō fuit creata in statu cōpleto et vltimo q₂ hoc debebat mereri sic humana natura. Et iō sicut hūana natura lapsa est a primo statu in quo creata fuerat et nō ꝑuenit ad tertium statum. Iō ꝑdidit qđ debebat mereri et lucrari per liberum arbitriu₃. Ita sil'r pōt dici de angelica q₂ eadem rō est vtrobiq₃ q₂ vtrobiq₃ liber̄ arbitrium vtrobiq₃ duo status iam dicti. Et sic natura angelica potuit esse lapsa a primo statu in quo creata fuerat et potuit perdere illū statū ad que₃ debebat peruenire. Et iō si de facto ita est vt in re querim⁹ q₂ de possibilitate nō dubitamus hoc autē nullomō probare possumus nisi per corruptionē et lapsum apparentes in hūana natura quā videm⁹ que de facto ē corrupta et lapsa. Un̄ probabiliter arguere possum⁹ ꝙ postꝙ̄ in hūana natura que est media ē de fctō

malū q̄ etiā in illa suprema fuit malū et q̄ illud malū quod erat i natura media scʒ hūana hūit originē ab illo malo quod p̄mo erat in natura angelica. Et q̄ impossibile est vbi in natura altissima creata fuisset p̄mo malū et corruptō q̄ nō fuissʒ in natura media scilʒ hūana cū vtrolibʒ malū ex libertate fuerit. arguam⁹ ḡ sic certū est q̄ p̄mū malū est maluʒ spūale volūtariū intellectuale q: malū corporale nō pōt esse p̄muʒ. Vn̄ in humana natura est vtrūq̄ malū scʒ malū spūale et corporale. sʒ spūale et voluntarium fuit causa mali corporalis quod est inuoluntariū ḡ cum nos videm⁹ maluʒ spūale simul cōiūctum cum malo corporali in hūana natura videtur q̄ p̄mo fuit malū spūale purū sine corpali et p̄ ɔ̄ns p̄mo fuit malū i natura pure spirituali q: videtur esse ordo in malis sicͭ in bonis postq̄ ḡ malū est in natura videtur q̄ habeat suuʒ ordinem nō tn̄ neccessariuʒ sʒ voluntariū q: in malis volūtarijs nulla potest esse neccessitas sʒ voluntas. sʒ mala inuoluntaria et corporalia hn̄t neccessitatē et ordinē neccessariuʒ inter se quia mala volūtaria exigunt et requirūt mala inuolūtaria et corporalia et ip̄m malum corporale neccessario acusat aliud. Item in hūana natura fuit ⁊ est ꝟtiblitas rōne liberi arbitrij q: natura pure corporalis nō se pōt vertere in oppositum per se q: nō hʒ liberū arbitrium. ḡ videtur q̄ vbi liberꝝ arbitrium sua rōne vertibile ē magis purum q̄ ibi est maior vertibilitas et possibilitas magis vertendi se quo voluerit ḡ sequitur q̄ liberꝝ arbitrium fuit magis vertibile et citius in natura que tātū est spūalis q̄ in natura que est corporalis et spūalis insimł q: ista approp̄inquat nature pure corporali q̄ ē totaliter inuertibilis de se ⁊ hʒ eā in se et alia multum distat. ḡ cum malū reperiatur in natura minus vertibili et que approp̄inquat totaliter nature īuertibili videtur q̄ p̄mo fuerit ip̄m malū in natura magis ꝟtibili. ḡ videt̄ q̄ corruptō p̄mo fuit in natura pure spūali que hʒ liberꝝ arbitrium magis vertibile q̄ in natura corporali ⁊ spūali insimul que hʒ liberum arbitrū min⁹ ꝟtibile ⁊ q̄ corruptio liberi arbitrij min⁹ꝟtibilis hūit originē a corruptiōe liberi arbitrij magis vertibilis nō tamē de neccessitate sed volūtarie q: liberꝝ arbitriū nō pōt corrūpi nisi voluntarie et spōte sʒ tn̄ pōt instigari induci et persuaderi ad corruptionē et ad malum per aliud et temptari. ḡ videt̄ q̄ liberꝝ arbitriuʒ summe nature scʒ angelice temptauit instigauit ⁊ inducit liberꝝ arbitriū medie nature ad malum et ad corruptionē et hoc per inuidiā et maliciam.

Preterea natura hūana est media inter naturā pure corporalē et pure spūalez. Et ex istis tribus ɔstat vniuersū tanꝙ vnuz totū. ſʒ cum natura stās in medio duaꝝ naturaꝝ fuerit facta bona videt̄ ꝙ nō fuerit corrupta nisi traberetur ad malū et corruptōēz per vnā vel ꝑ aliam. ſʒ nō potuit trabi ad malū ꝓmo nec instigari per naturaz pure corporalez. ḡ videtur ꝙ alia natura pure spiritualis traxit eaz ad malū et ad corruptionē ꝓmo instigando. ḡ videtur ꝙ malicia et corruptio fuit ꝓmo in illa. et illa corrupta traxit eam ad corruptionez etiam videm⁹ ꝙ qñ totum corp⁹ est sanuz vel totum regnū nisi corruptio fiat in principali ꝙ nō fit i minus principali. Sed cum tria sint mēbra in vniuerso scʒ tres nature et cum natura spiritualis sit maius et principalius membrum videtur ꝙ corruptio nō poterit eē in alijs membris nisi ꝓmo fuerit i illo. Et sic cum corruptio recipiat̄ in membro nō tñ principali videt̄ ꝙ ꝓmo fuerit i magis principali et sic per istas ratōnes possumus ꝓbabiliter dicere ꝙ lapsus seu malū ꝓmo fuerit in natura angelica ꝙ̄ i natura hūana et ꝙ illa per naturā angelicaz recepit malū ⁊ per ɔñs natura angelica ꝓmo fuit inimica dei et ɔtra deū ꝙ̄ humana. Et sic hēmus duas naturas i vniuerso lapsas corruptas et ꝑditas ſʒ nō est neccesse ꝙ si lapsus fuerit in natura angelica ꝙ fuerit in tota natura sicut est de hūana quia vn⁹ angelus nō descendit ab alio sed quilʒ fuit creatus per se ꝙ̄uis oēs in simul fuerint creati. Et sic hēmus originez mali et corruptionis in natura homis. Sʒ nondū habemus originez mali et corruptionis in natura angelica.

De origine corruptōis et mali in natura spūali seu angelica et de alijs que pertinent ad hoc.

Uoniā autē ꝓbabilit̄ ostensum ē corruptionē et lapsuz ꝓmo fuisse in natura angelica. iō videam⁹ quō intrauit ibi malum et corruptio cū esset bona ⁊ ꝑfctā in suo statu et nihil defficeret ei ꝑ statu in quo creata fuerat Uñ ista natura nō potuit iduci nec istigari ad malū per aliā naturā q: nō ē alia natura nisi natura diuina ꝙ̄ creauit oia bona. ḡ per seipam ista natura peccauit sine aliq̄ instigatione vel inductione ꝑ aliquā aliam naturā. Ac tñ sicut in hūana natura malū ꝓmo incepit in muliere et deinde venit ad viruz ita potuit esse in natura angelica vt ꝙ primo malū incepit in vno angelo deiñ venit ad alios cū essent eiusdē nature licʒ nō eiusdem excellencie nec gradus vt iam probatum est ita ꝙ orgo mali primo fuerit in vno angelo et aliquis incepit primo. Et ideo inquiramus

quomō hoc potuit fieri. vñ i hūa na natura que peccauit et cecidit per instigatioñē alteri⁹. ꝑmo fuit malū in parte min⁹ forti ⁊ minus digna et minus ꝑfecta. Et deinde de parte min⁹ forti venit ad partez forciorē et hoc rōnabiliter fuit factū qꝛ ꝑmo debuit tēptari et instigari ac iduci ps debilioꝛ ꝙ forcioꝛ et ista est ars recta tēptandi. Jō ꝯueniēter natura hūana incepit malū in parte min⁹ forti scꝫ in muliere ⁊ vltimo venit ad partez fortiorem scꝫ ad viꝝ. sꝫ in angelica natura videtur ꝙ ꝑ oppositū debuit itrare scꝫ ꝑmo per partem forciorem et deinde ad partes min⁹ fortes seu min⁹ dignas qꝛ illa natura cecidit per se nō instigata ab aliquo exꝉioꝛi nec inducta sed ꝑꝑꝛio motu ğ illa ps ꝑmo cecidit seu lapsa est vel incepit ꝑmo in ea malū in quo fuit maioꝛ occasio ruēdi ⁊ cadēdi ꝑꝑꝛio motu. sꝫ in illo angelo inquo erat libeꝝ arbitriuꝫ magis purū altū et dignū ⁊ volūtas altioꝛ et dignioꝛ et nobilioꝛ in quo erat pulchꝛitudo maioꝛ erat maioꝛ occasio ruendi et cadēdi ꝙ in alijs qꝛ in illo debebat esse maioꝛ vertibilitas et flexibilitas liberi arbitrij ⁊ maioꝛ auctoꝛitas ⁊ natura dñandi per se et maioꝛ occasio sequendi suam ꝑꝑꝛiam voluntatem. ergo videtur ꝙ in illo angelo q̄ erat maioꝛ in tota natura angelicā et dignioꝛ creatus incepit malū et ille ꝑmo fuit malus origīnaliter et deinde ab illo descendit malū in omnes alios qui per illū mali fuerūt adhēndo per liberum arbitriū maioꝛi angelo malo sicut vir fact⁹ fuit mal⁹ adherendo mulieri iā male. Sic ğ ꝑmus angel⁹ seu maioꝛ super oīs in natura angelica ⁊ ꝑma mulier i natura hūana simil'r se videnť hr̄e quo ad originem mali. Sed alij angeli qui facti sūt mali ⁊ ꝑmus vir similiter se videntur hr̄e quo ad receptōeꝫ mali et ꝯsensum quia adherendo facti sūt mali et ꝯsenciēdo per ꝑpꝛiā volūtateꝫ tñ nō coacti. Ecce ğ ordinē mali et coꝛruptōeꝫ ꝑmo maxim⁹ angeloꝝ fuit malus et in volūtate sua fuit ꝑmū malū et ille infecit alios angelos qui facti sūt mali qꝛ ꝯsencierūt ei. Et deinde ꝑ naturaꝫ angelicam seu per aliquē de natura āgelica q̄ erat mal⁹ fuit ꝑma mulier tēptata īducta et īstigata ad coꝛruptōeꝫ et malum. Et deinde mulier ꝑmo coꝛrupta instigauit et inducit virum ad suū maluꝫ et ad suā coꝛruptioneꝫ. Deinde a ꝑmo viro et ꝑma muliere deriuatum est malum in omnes filios eoꝛum.

Qualiter angelus qui ꝑmo fuit malus factus fuerit mal⁹ ⁊ omnes sibi consencientes.

Et quia origo mali fuit in primo et supꝛemo angelo

videndū est qualiť incepit et itra-
uit malū et corruptio in ipo et ha
bebim⁹ cōpletā originē corruptō
nis et mali. Uñ qꝛ angeli fuerunt
oīs creati in statu merendi vt lu
crarētur et mererētur ꝑ modū vi-
ctorie statuꝫ cōpletū scꝫ statū glo
rie et corone et cū angeli eo qꝛ sūt
pure spūales habeāt liberꝝ arbi-
trium subito vertibile eo qꝛ ē val-
de actiuum de se et iō totū meritū
totum lucrū totuꝫ q̇cquid magis
poterāt facere ꝑ primo statu erat
vt starēt et figerent seipos in illo
statu bono in quo creati erāt ⁊ nō
mouerēt se ab illo statu bono nec
mutarent. vñ poterant stare et se
mutare si vellēt: Nō est aūt ita de
hoīe qꝛ in hoīe nō erat liberꝝ arbi
trium ita vertibile subito. Nam
mai⁹ op⁹ qd̄ posset hō facere nō
erat stare in illo statu in quo crea
tus erat. Sꝫ mai⁹ op⁹ quod pos
set facere erat obedire et seruare
obedientiā. Et iō angeli si stetissēt
per vnū momētuꝫ post creationē
in illo statu qꝛ hoc fecissent ꝓprio
libero arbitrio statim in eodē mo-
mēto ascendissent ad statū glorie
et fuissent ineternuꝫ firmati et cō
firmati et coronati ſm̄ grad⁹ suos
et cōiuncti cū deo. Uñ primo fue
runt ⁊ statim iceperūt velle ⁊ ama
re aliqui ꝓpriā voluntatē. Et qꝛ
nihil poterant velle et amare nisi
deum vel seipos seu ꝓpriā volun
tatem. Et qꝛ quilꝫ debebat primo
velle et āmare deum et nō seipm
nec ꝓpriā voluntatē cū cognosce
ret se esse creatuꝫ de nihillo a deo
et accepisse esse oīs a deo. Et qꝛ
ad hoc creati erāt et ad hoc tēde-
re debebāt et talis erat stat⁹ eorꝝ
Et iō illi qui primo verterūt suuꝫ
velle et amare ad seipos et nō ad
deū deuiauerūt ⁊ peccauerūt ⁊ ha
buerūt ꝓmū velle et ꝓmū amare i
ordinatū qꝛ sol⁹ de⁹ ē primo amā
dus vt iā ꝓbatum ē et nulla crea-
tura ē primo amāda. Et iō prim⁹
angel⁹ et superior inter oīs quia
habebat naturā magis excellentē
super oīs et post deum erat crea
tura dignior melior pulchrior ⁊ al
tior. Ideo excitat⁹ cōsideratione
sue pulchritudinis et altitudinis
primo voluit et dilexit seipm ⁊ su
um priuatum bonū et sic totaliter
separauit se a deo per voluntateꝫ
et nūq̄ dilexit deū et mutauit se-
ipm a statu primo i quo de⁹ crea
uerat ipm. qꝛ habuit totum suum
velle et totū suuꝫ amare iordiatū
iniustum ꝑuersum et deo ꝯriū. vñ
in hoc cōstituit seipm sibi primuꝫ
principium et primū bonū. Et sta
tim fuit inimic⁹ dei et contrarius
deo per propriaꝫ voluntatē. Et
quia suum velle inordinatuꝫ erat
statim cupiuit ꝓprium honorē et
ꝓpriā et priuatā excellentiā et in-
ordinate voluit oibus alijs dñari
et esse ꝑlatus ꝓpria auctoritate ⁊
sine meritis. quā ꝑlaturā sup oēs

alios habuisset si nō peccasset q̄a sua natura ad hoc erat apta et ordinata vt si primo dilexisset deū qui primo diligēd⁹ erat ꝛ nō se ipsum qui primo diligend⁹ nō erat sꝫ secūdario et in scđo loco ꝯstitutus fuisset in eternū plat⁹ bn̄s dn̄i um supra oīs angelos et omnes erant sub eo. Et qꝛ primo dilexit se ipm̄ totaliter magis q̄ deū ꝛ delectat⁹ est primo in seipō et in sua pulchritudine q̄ in deo. et cū essꝫ natura de nihillo facta q̄uis excellentissima et nō erat creator sꝫ creat⁹ et nou⁹ fecit sūmā iniuriaꝫ iniusticiā et offensā creatori suo. Et quod primo soli creatori debebatur dedit sibiip̄i et in hoc constituit se ip̄m tanq̄ deum et primū et p̄posuit creaturā de nihillo factam creatori eterno et infinito et in hoc fuit maxim⁹ ꝯtempt⁹ creatoris et violauit et destruxit totuꝫ ordinē dilectionis et volūtatis i seipō. Et qꝛ amor ꝯuertit amanteꝫ in rem p̄mo amatam et in dn̄ium eius. Ideo ip̄e p̄mus angel⁹ tot⁹ et totaliter conuersus est in seip̄m et in suam volūtateꝫ ꝛ ideo statim hūit ꝓpriam volūtatem et priuatā separatā totaliter a volūtate creatoꝝ ita q̄ semꝑ sequit̄ suā volūtatem et nullam aliam et quicquid vult semper vl't ꝓp̄a volūte et per ꝯsequens nulli alteri volūtati vl't esse subiectus. et ideo constituit se ipsum regem et fecit per seip̄m suum regnum suum imperiū et suū dn̄ium contra regnum imperiuꝫ et dn̄ium dei. Et quia angel⁹ est siplex postq̄ primo elegit et dilexit aliquid habet inmutabilitateꝫ in illo vt nō possit nec vellit aliud eligere nec amare. Ideo statim p̄m⁹ angelus fuit firmat⁹ et obstinat⁹ in sua ꝓpria voluntate inordinata vt in eternum non possit aliud velle nisi suam ꝓpriam volūtateꝫ et per ꝯsequens habet odio quicquid est ꝯtra suam voluntatem et ideo habet summe odio deū creatorem suum et suam volūtatem et ideo pugnat q̄tum potest contra dei volūtateꝫ et sic facta est de nouo vna volūtas mala ꝛ prima mala que nō erat. Et ideo statim fuerunt due volūtates p̄me cōtrarie totaliter inter se scꝫ voluntas dei eterna sūme bona et primo bona Et volūtas p̄mi angeli noua valde mala et primo mala quam volūtatem ip̄emet angelus fecit malam quā deus fecerat bonam. Et ideo quia ipsemet fecit suam volūtatem malaꝫ quia hoc fuit suū primuꝫ opus. vult totis viribus sustinere et defendere illā et pugnare pro illa. Ac tamen ipsa mala voluntas p̄ma quia est creata semꝑ est sub potestate et manu p̄me voluntatis bone increate scꝫ sub voluntate dei. Ecce primum bellum prima pugna prima inimicitia inter duas voluntates. Et quia iste

due voluntates sunt prime. ideo ad istas duas habent reduci omnes voluntates alie. quia omnis bona voluntas reducitur et coniungitur cum voluntate dei et fit vna volūtas cum illa. Et oīs mala volūtas reducit᷑ ad volūtatem ꝓmi angeli mali et cōiungit᷑ cū ea et fit vna volūtas cū illa. Et ideo omnes alij angeli q̄ primo ꝯsencierūt et adheserūt ⁊ ꝯiūxerūt se volūtati mali primi angeli ⁊ ꝯplacuerūt in ea facti sunt vnum cum eo totaliter et non possunt velle nisi quod ille vult. Et ideo ille est caput et isti membra eius et factum est vnum corpus malū et ex ipsis est vnus excercitus malus vnit⁹ in vno consensu in vna voluntate in tanta vnitate quo nō potest esse maior et forcior ad sustinenduꝫ deffendendū et pugnandum pro voluntate mala primi angeli capitanei. Et ad totaliter complendū illam ꝯtra dei voluntatem bonaꝫ Et similiter oīs illi angeli qui adheserūt et se ꝯiūxerūt prime volūtati dei et ꝯplacuerūt in illa statiꝫ fuerūt vnū cū deo totaliter ⁊ non possunt velle nisi quod deus vult et factus est alius excercitus bonus et aliud corpus in vno cōsensu in vna voluntate in tanta vnione et q᷑ nō potest eē forcior ad pugnandū pro voluntate dei et ad totaliter cōplacendū illi cōtra voluntatem primi angeli et suoꝝ angeloꝝ sꝫ in suo excercitu bonorū angeloꝝ nō est quod debeat esse caput q᷑ creator nō dꝫ esse caput alicui⁹ corporis nec alicui⁹ excercit⁹ q᷑ caput est pars et creator ē totum. Et iō q᷑ caput dꝫ esse creatura sicut mēbra defficit ibi caput quod sit creatura q᷑ ille maximus angel⁹ debebat esse caput et ipse ꝑdidit illud. Et iō cōuenit ꝙ de⁹ faciat vnū caput ō nouo quod sit caput bonoꝝ angeloꝝ. Et iō notemus de isto capite quod erit q᷑ oportet ꝙ de nouo fiat ⁊ qualiter fiet et hic notem⁹ reparationē et restaurationē nō fiendū. Sed iaꝫ facta est. Sꝫ ista tractabunt᷑ i suo loco cū dei auxilio. Et ecce qualiter prim⁹ angel⁹ factus ē malus et omnes ei consencientes.

De magnitudine malicie et corruptionis primi angeli.

Quoniā aūt natura angelica seu spūalis est lapsa et corrupta in primo et supremo spiritu seu angelo ⁊ in alij adherentibus et consentientibus. Et ideo sicut in natura hominis consideramus duos status scꝫ bonuꝫ ⁊ malum. Ita similiter debemus cōsiderare in natura spirituali duos status scꝫ integrum et lapsuꝫ ⁊ cōparare eos inter se. Unde sūt contrarij et oppositi sicut vinuꝫ ⁊ ace

tuz. Et quia res que corrumpitur et mutatur icontrariū sue nature deuenit ad tantuz gradū malicie quantus erat gradus bonitatis i quo erat vel venire poterat. Et quanto res que peruertitur erat melior et altior in natura tanto ef ficitur peior et malignior. Unde de quāto vinū est melius de tāto qn̄ fit acetum est fortius. Et peior est corruptō regis q̄ cuiuscūq3 de regno. Et ideo quia prim⁹ angel⁹ erat sūmus in tota natura angeli ca et erat maior rex dignior et me lior post deum. Sequitur q̄ sua malicia et sua corruptio ascendat ad tantū gradū q̄ta erat bonitas in qua creatus erat vel ad quē ve nire poterat et q̄ factus est ita in fimus ita villis inter oīs res cre atas sicut erat altus et nobilis in dignitate et hoc per volūtatem p priam. vn̄ in sua volūtate est mali cia et corruptō ⁊ tota puersitas q3 inordinate amando volēdo et eli gendo factus est malus et corrup tus. nā tota bonitas et pulchritu do volūtatꝭ consistit in amādo vo lendo et eligendo ordinate sc3 il- lud quod est amandū eligendum et volenō. et ipe primus angelus nūq̄ amauit deum. Et ideo quia sua voluntas erat maior altior et pulchrior super omnes volūtates creatas facta est tantum mala tā- tum turpis et infima q̄ in omni- bus aliis creaturis in simul si cor rumperentur non esset tanta mali- cia nec turpitudo. Et quia ip- se totaliter amat suam volūtatem ppriā in qua est maxima malicia et vult illam implere q̄tuz potest ideo non amat nisi malum et sum mam maliciam et turpitudinez et laborat totis viribus vt malū cre scat et multiplicetur et bonum de struatur. Et habet odio omnez bonitatem ɔtrariam sue volūtati Et sic sua volūtas ppria facta est radix origo et fons omnium ma- lorum. Et quia habet intellectum altissimum in cognoscendo et val de subtilem super omnes creatu- ras post deū ideo q3 volūtas dn̄a tur intellectui ⁊ vtit eo ad illa que vult. ideo couertit totū intellectū suū et totam suā volūtatez ad fa- ciēō mala. ad inueniēō oīs ar- tes faciendi mala ad deceptōnes ad cautellas ad psuasōnes falsas ad temptationes ad nō essendum et factus est summus deceptor sū mus cautelosus summe fraudulē tus et dolosus summe mendax et inuentor omnium mendatiorum Et pter hoc quia quicq̄d habet conuertit in malum et nihil remā sit de bonitate priori status et sua ppria volūtas est ligata firmata obstinata et ɔiuncta inseparabilit cū se ipsa cuz sua ppria malicia p amorem. Ideo nō pōt videre nec cognoscere se ipm nec suū malum quod fecit quia intellectus est to-

taliter excecatus per proprias vo
luntatem vt nō possit iudicare de
sua malicia quia amor sue malitie
excecat ipsum et ideo non potest
dolere nec penitere de suo malo
voluntario quod fecit.
Et iō sēper murmurat cōtra deuz
quare aliqd h3 semp ꝯtra suā vo
luntatē quod ē ei multū tristabl'e.
Ecce magnitudinē sue malicie et
corruptionis que vix cogitari pōt
et sic ex hoc apparet ꝙ ip̄e prim⁹
angel⁹ ē fact⁹ per se princeps et
caput maloꝝ angeloꝝ princeps
oīm maloꝝ vicioꝝ et tenebraꝝ ⁊
oīm iniquitatuz prim⁹ inuentor.

De duplici malo voluntario ⁊
inuoluntario in angelo.

Et q: nō sunt nisi duo mala
sc3 volūtariū et inuoluntariū
seu culpe et pene et primuz malū
facit voluntas ꝑ seip̄a3 quod pla
cet sibi et cōplacet in eo q: ē volū⸗
tariu3. Sed scōm malū facit de⁹
per iusticiā et iudiciū q: primum
malū ita reqrit. Et iō q: prim⁹ an
gelus mal⁹ fecit maluz voluntari
um et oēs ei cōsenciētes. Et iō or
do iusticie reqrit ꝙ ei deſ scd3 ma
lum et suis angelis sc3 malu3 iuo
luntariu3 quod ē pena ⁊ pugnitō
Et iō sicut hō ꝑdidit suu3 locū in
quo posit⁹ fuerat et expuls⁹ fuit et
posit⁹ in alio loco tanꝗ in carcere
sc3 in isto loco in quo nūc ē ita sil'r
prim⁹ angel⁹ mal⁹ cu3 suis ange
lis ꝑdidit primu3 locū i quo crea
tus fuerat et fuit expuls⁹ cōtra su
am voluntatē et posit⁹ fuit in alio
loco tanꝗ in carcere et iō expul⸗
sus fuit a summo celo et posit⁹ fu
it in regione elemētoꝝ. et quasi ꝓ
portionabiliter sicut hō qui ē de
terra expulsus ē de altissimo ⁊ no
bilissimo loco terreno ad locū ha
bitabilē terrenū et infimū ventis
nubib⁹ et pluuijs subiectum Ita
ip̄e prim⁹ angel⁹ cu3 oībus ange
lis suis qui ē tot⁹ sp̄ualis expuls⁹
est de loco altissimo celesti ad lo⸗
cum infimū terrenum in quo ē ob
scuritas et calligo vbi est gñatō tē
pestatis. Et sicut iste loc⁹ ē ꝓpor⸗
cionat⁹ hoi ꝓ statu suo corrupto
ad pugnitionē. Ita ille cōuenit p̄
mo angelo corrupto pro pena et
carcere ifimis eternis et sic debeſ
ei loc⁹ infim⁹ in centro terre et iō
in medio terre parat⁹ ē primo an
gelo et angelis suis infern⁹ i igne
eterno in quo eternaliter pugniaſ
et cōburaſ ꝗuis ñ habeat corp⁹
q: hoc fiet per ordinē iusticie omi
potētis dei qui pōt facere et sic ꝓ
portionare penā ƀm ꝗtitatē ma⸗
loꝝ ad honorē sue iusticie. Uñ
q: primus angel⁹ mal⁹ si stetiss3 ⁊
meruisset fuisset p̄miat⁹ ⁊ corona
tus q: in eternum locū habitatio
Sequitur q ille hō nascendo de tali muliere nullomō debebat aperire vuluā suā. Aliter relinquisset in illa muliere signa libidis ac si libido pcessisset et fuisset apperta per mēbrū viri. que oīa debēt esse alienissīa ab illo hoīe quo idiget natura hūana. cū debeat summe distare et elōgari ab oī libidīe et vestigio libidinis. g neccesse est q ille hō qui per manum dei fuit formatꝰ intꝰin vētre virgis mulieris sine oī libidine nascat et exeat extra ipa remanēte virgine absq oī appertōe. Et vt in gnāli ꝛ breuiter cōcludamꝰ oēs cōditiones illius psone ifinite que neccessaria est hoī et nature hūane psolutiōe satisfactōnis oportet q habeat tales cōditiones ex parte hūanitatꝫ scꝫ aīe et corporis q nullomō derogent nec ꝯriētur nature hūane nec derrogēt diuinitati nec discōueniant satisfactōi et solutioni p qua faciēda neccessaria ē nobis illa persona ymo totalit ꝯueniebat q ita pportōnet. Et iō extinde possumꝰ cōcludere in spāli oms cōditiones q̄tū ad aīam et q̄tum ad corpꝰ ꝛ q̄tuꝫ ad vniōnē corporis et aīe cū natura diuina in vna psona. Et qꝛ in natura diuina sunt tres psone realiter distincte scꝫ pater filꝰ et spūssanctꝰ. Ideo videamus que psona esset ꝯueniēs magis vel pater vel filꝰ vel spūssanctus vt cum illa vniret hūanitas seu corpꝰ et aīa. Et apparet q psona filij magis ē ppoꝛtionata et cōueniēs vt assumat aīam et corpꝰ seu naturā hoīs in se vt sit vna psona in duabꝰ naturis. qm̄ psona filij dei hꝫ multas cōueniēcias cū hoīe quas nō hn̄t alie psone. Unū filꝰ est pductꝰ et accepit oīa que hꝫ a patre. et hō etiā est pductꝰ ꝛ etiam filꝰ ē ymago patris increata. et aīa rōnalis hoīs est ymago dei creata. Et sic qꝛ magis ꝯuenit productꝰ cū producto q impductꝰ. Ideo psona filij dei magis cōuenit q̄ persona patris. Et etiā qꝛ magis cōuenit ille q ē ymago cū ymagine q ille qui nō ē ymago Ideo magis cōuenit filꝰ q spūssanctꝰ. Et etiā illa persona inq̄tū hō dicetur et erit filꝰ virginis iō magis ꝯueit q idē sit filꝰ dei ꝛ filꝰ vgis. Itē etiā qꝛ hoīes sunt filij dei pter naturā vt probatū ē q̄uis sint difformati. et ideo magis conuenit filius dei naturalis cuꝫ hominibus q̄ alie persone.

Si talis persona inq̄tū homo debeat esse mortalis vel immortalis ad sufficiendum.

Uoniaꝫ autē talis persona ifinita que simlr sit deꝰ et hō est neccessaria p satisfactione tocius hūane nature vt scꝫ habeatꝰ in se aliquid maiꝰ q q̄cquid sub deo est qd spōte det et n̄ ex debito deo Queramꝰ g quid poterit dare talis psona qd valeat tm̄ per quod

possit fieri infinitā satisfactio. aut
em̄ ille hō qui sit erit deꝰ et hō da-
bit seipm aut aliqd ō se. videamꝰ
q̄lis dꝫ esse talis datio siue dona-
tio. vnde cū talis hō inq̄tū hō sit
creatura dei sequit ꝙ iam q̄cquid
hꝫ dei est et ē obligatū deo et oia
que hꝫ debet deo per primā obli-
gationē naturalē qꝛ q̄cquid habꝫ
accepit a deo ⁊ iō debet deo amo
rem et obedientiā honorē et totū
quod facere poterit erit iā deo obli
gatū et debitū nō pro iniuria q̄a
nullam fecit sꝫ pro naturali p̄ma
obligatione qꝛ oia accepit. Quo
modo poterit ḡ satisfacere ꝓ alijs
hoibus cum oia pro seipo debeat
deo et ex debito hoīs quicq̄d ha-
bet et quicq̄d poterit qꝛ creatura
sua erit. Queramꝰ quid habebit i
se ille homo quod nō sit deo debi-
tum sꝫ sit vere suū et ꝙ deꝰ nō pos
sit exigere ab eo ex debito. Si em̄
nihil tale hꝫ nō poterit satisfacere
pro alijs qui dn̄t deo infinitū de-
bituꝫ propter obligatōnē. scḋaꝫ sꝫ
certe hoc nō potest esse aliud nisi
vita sua seu aīa sua seu tradere se-
ipm morti ad honorē dei. hoc em̄
nō exigit deꝰ ex debito ab illo ho
mine scꝫ ꝙ det vitā suam et seipm
morti ad honorē dei hoc em̄ exi-
git suum velle. Vn̄ mors est oībꝰ
hoibus propter peccatū ⁊ culpaꝫ
qꝛ si primꝰ homo nō peccasset nū
q̄ mortuꝰ fuisset. ḡ cuꝫ iste homo
sit sine peccato oī culpa inocentis
simus cū sit deꝰ multo magis nō
debebit mori. Si ille hō det spōte
et voluntarie seipm et vitaꝫ suam
morti ad honorē dei tūc dabit de
suo qḋ deo debitū n̄ est nec ab eo
potest exigi per aliquā obligatio-
nem ymo nullomō poterit seipo
maius dare deo cū se dabit morti
⁊ nihil maiꝰ pōt dari deo q̄ istud
qꝛ nihil asperius aut difficiliꝰ pōt
homo spōte et nō ex debito pati
morte ad honorē dei. Igitur se
quitur ꝙ neccessaria erit mors illi
us hoīs et ad satisfacienduꝫ pro
alijs hoibus. ḡ per solam mortē il-
lius hoīs poterit fieri satisfactio
seu per vitā suam spōte traditam
morti ad honorē dei. Inueni-
mus igit̄ p̄cium et debituꝫ ad sol
uenḋ pro peccatis iniurijs et offē
sis oīm hominū. Igitur neccessari
um erit pro satisfactione totiꝰ hu
mane nature ꝙ talis hō q̄ erit de
us et homo et qui ē neccessariꝰ ꝓ
satisfactōne sit mortalis ita ꝙ pos
sit mori si velit et hoc spōte q̄uis
sit deꝰ et tn̄ ꝙ ipm nullꝰ possit oc-
cidere si nō vellit ⁊ hoc qꝛ deꝰ erit
si em̄ nullomō mori posset nō esset
vtilis nec couueniens pro satisfac-
tione hominū. Et etiā hoc est sū
me couueniens vt satisfactio fiat ꝑ
mortem qꝛ hoīes sunt obligati ad
substinenḋ penā infinitam que ē
mors eterna sꝫ couuenienciꝰ fieri n̄
potest vt hō euadat penā. et mor
tem eternam quā debet nisi vt ꝙ

hō qui debet vel aliqs pro eo sub stineat voluntarie et spōte aliquā mortē aut penā quam nō debet. Sed homo qui iam obligat⁹ est ad infinitam penam nō pōt solue re talē penam que liberet a pena infinita. q: quālibet penam q̄tū cunq magnā susciperet semp iu ste et digne sustineret. Ut igit ho mo qui est obligat⁹ ad debitā pe nam possit euadere ipam. Neccesse erit vt talis hō pro hoie suscipi at penā voluntarie et spōte qui ni hil pene debeat pro se. Sed nul lus talis pōt esse nec cogitari nisi ille hō quem querim⁹ qui erit de us et hō vt moriēdo ꝛ sustinendo penā pro hoie quam nō debebit iuste hō propter ipm euadat pe nam et mortē quā debebat. Et ideo neccesse erit ꝙ ille hō qui est neccessarius nobis ꝑ satisfactōne possit pati et mori et sustinere pe nam si velit. Sed ꝙ nullomō pos sit pati nec mortē nec aliquaꝫ pe nam cōtra suam voluntatē nec ali qua res possit ei nocere cōtra ei⁹ voluntatē nisi ipe velit et ꝑmittat q: innocētissimus erit nec propter hoc talis hō erit ī miseria sicut alij hoies mortales q̄a volūtarie erit talis vt possit pati et nō contra su am voluntatē neccesse etiā erit ꝙ ille hō qui ē neccessari⁹ pro nostra satisfactione cognoscat et ītelligat oīa bona et oīa mala hoīs et co gnoscat perditionē et lapsum hūa nū et totalē destructioneꝫ et oia q̄ sunt neccessaria pro reparatiōe to tali et recōsiliatione et q̄cquid de bent hoies deo. et ꝙ cognoscat ō seipo ꝙ ille sol⁹ pōt satisfacere et nullus alius et hoc per mortē su am et ꝙ si ipe nō moriatur oēs ho mines perdētur eternaliter qm̄ si nō cognosceret hoc nō posset satis facere et opportebit ꝙ det vitā su am voluntarie scienter et propter hanc cām scꝫ ad satisfaciendum pro tota natura humana.

De benignitate amore pietate et paciātia ꝛ māsuetudie ipsi⁹ ho minis.

Et quia iam declaratum est ꝙ satisfactio ista quaꝫ debe bit facere ille homo quē querim⁹ et quo indigem⁹ oportet ꝙ sit vo luntaria et spontanea cū intimo cordis affectu et optima volunta te quia al'r non tolleret offensam nec iniuriā que viuit et regnat in ter deum et hoies vt placaret irā dei. Et ideo opportebit ꝙ ille hō qui satisfaciet pro hoibus non solum moriaṫ et det vitā suaꝫ mor ti ad honorem dei. ymo opporte bit si debeat satisfacere ꝙ sustine at mortem et penā sꝫ det vitam su am libentissime et gratissime cum desiderio cū bona voluntate et cū intimo cordis affectu ad honorē dei q: null⁹ poterit eū cogere ad h̄ nisi ipemet velit et permittat et

ideo neccesse erit q talis hō sit benignissim⁹ piissim⁹ pacientissim⁹ māsuetissim⁹ ⁊ mitissim⁹ scʒ q habeat voluntatē ita piā ita begnissimam erga naturā humanā et tm̄ diligat hoīes et cōpaciatur eis vt velit mori et dare vitā suā pro ipsis vt per mortē suā liberētur a penis eternis et q magis velit q liberatio hominū fiat q̄ saluare vitam suā. qm̄ si nō sit ita tunc ñ morietur pro hoībus qꝛ null⁹ poterit eum cōpellere ad moriendō nisi ꝓcedat ex sua mera voluntate ⁊ pia et bona. Et iō opportebit q nō attēdat ad maliciā hoīm nec ad iniurias nec ad offensas. sʒ magis attendat ad hoīes ꝓpter naturaʒ humanitatꝭ et diligat eos inq̄tuʒ sunt hoīes et portant ymaginem dei ꝓpter aīam rōnalem et inq̄tū erunt sui fratres ꝓpter naturaʒ. et ideo opportebit q ñ habeat odio hoīes propter peccata ⁊ malicias eoꝝ. Sed meritis cōpaciatur et doleat dei de meritis eoruʒ. qm̄ si talis nō esset tunc nō esset cōueniens pro satisfactione. et tali hoīe indiget natura humana nec alr̄ liberari pōt et iō neccessario opportebit q tanta sit sua bonitas et benignitas q vincat om̄em maliciā et nequiciā. et tanta sit sua māsuetudo q vincat ⁊ superet om̄eʒ crudelitatem et impietatē et tāta sit sua pacientia q vincat et superet om̄em iniuriā et offensā sibi inferendam. Et ideō opportebit q̄ sit talis q diligat om̄s sibi contradicentes vel aduersantes vel persequētes vel ipm̄ occidere volētes Ita q tāta sit ī eo bonitas q oēs remittat offēsas. de nullo velit vindictam propter aliquā iniuriā qm̄ talis est neccessarius oībus hoīb⁹ pro satisfactione. Q̄ta benignitas et bonitas erit illa q talis hō innocēs velit mori et dare vitam suā tam p̄ciosam ꝓ hoībus iniustis iniquis malis ingratissimis pditꝭ et corruptis abhoīabilib⁹ sceleratꝭ et dignis oī pena. et pro criminibus scelerib⁹ peccatis culpis ⁊ ꝓ iniquitatibus oīm alioꝝ hominuʒ et toci⁹ mundi. Et iō neccesse erit propter oīa ista p̄dicta vt talis hō sit de gn̄e eorumdē hominū q̄ obligati sunt ad penā propter maiorē vnitatē et ꝓpinquitatē qm̄ magis diliget hoīes et cōpacietur eis qꝛ erit de eadē natura. Vñ si fieret de nouo sicut prim⁹ hō non tm̄ esset ꝓpinquus hoībus obligatis ad penā. O quātū gaudere dʒ tota natura humana et quicūq̧ homo obligatus ad penam si talem hominem habere posset.

Qualiter ille hō poterit mori ad honoreʒ dei ⁊ quis poterit eū occidere.

Et qꝛ mors illius hoīs q̄erit deus et hō erit totum p̄ciuʒ et tota satisfactio liberationis hominum si sit voluntaria et ad ho-

nore dei sucepta vlteriꝰ inuestigā
dum est quomodo poterit ille hō
dare vitam eternā suā morti spō=
te ad honorez dei et an ipemet de
beat occidere seipm vel alij occi=
dent ipm: sꝫ ꝙ ipemet occidat se=
ipm hoc nō esset ad honorem dei
ymo ꝯtra honorem dei: ergo nec=
cesse erit ꝙ alij occident euz: et ꝙ
ipe velit et permittat se occidi ad
honorem dei. Et si ita est oporte
bit ꝙ ipe habeat inimicos qui oc
cident et persequētur eū et oppor
tebit necessario ꝙ sit aliqua cau=
sa que sit ad honorez dei pro qua
sustinenda ⁊ deffendenda ipe det
vitam suā morti et alij pro illa cau
sa occidēt eum et ideo inuestige=
mꝰ quomō hoc poterit fieri. Et iō
cōsiderare debemus ꝙ ille solus
erit bonus inter oms hoies ⁊ oēs
alij erunt mali nisi mater sua q̄ ne
cessario oportebit ꝙ sit bona. Et
ideo cum hoies sint lapsi corrupti
et peruersi vt declaratum fuit ītra
ctatu de lapsu ad lōgum et per h
faciūt mala opera et faciunt pessi
mam vitam et totaliter faciūt oia
opera ꝯtra deū ꝯtra eius volūta=
tem et ꝯtra iusticiaz et oms amāt
suam ꝓpriam volūtatem et ꝓpriū
honorez et nolūt corrigi nec audi
re correctionem. Et qr ille homo
erit perfecte bonus erit totus cō=
trarius alijs hoibꝰ: et ideo neces=
se erit ꝙ q̄tū poterit ipugnet ma=
lam vitā et mala opera hominuz
et p̄dicet et corrigat oms per v̄ba
sua. Et necesse erit ꝙ dicta veri=
tatem hoibus quam hoies nolūt
Et quia opera sua erūt ꝯtraria to
taliter operibꝰ alioꝝ incurret ini=
micias et inuidias plurium q̄ nol
lent audire veritatē. Et sic predicā
do et tenēdo inuiolabiliter et īde=
clinabiliter veritatē et iusticiā vi=
uendo et predicādo plures habe
bunt ipm odio vsqꝫ ad mortē. Et
sic isto mō ipe neqꝫ ꝓpter odia ne
qꝫ proter timorē mortis non velit
desistere a veritate nec a iusticia
ꝓpter hoc hoies occidēt ipm ⁊ ip
semet permittet se occidi ab homi
nibꝰ fortissime ꝑseuerando i hijs
que dei sūt Nōne tunc dabit vitā
suā morti spōte ad honorē dei et
laudē q̄uis aūt ipe debeat doce
re v̄itatē et tenere et viuēdo et lo
quēdo ad honorē dei tñ hic hō n̄
tenetur mori ꝓ honore dei ex de=
bito nisi velit. Jte etiā in hoc da=
bit exēplum alijs hoibus vt nul=
lomō deseruiāt nec derelinquant
veritatē dei nec iusticiā eiꝰ nec re
cedant ab illa ꝓpter mortē quam
aliqñ necessario oportꝫ ꝙ soluant
cū ille qui nullomō debebat mori
eam spōte sustinuerit sibi illatā ꝓ=
pter veritatē dei et iusticiā eiꝰ su=
stinendū et in hoc faciet deo ma=
gnum honorē. Vñde hoc erit exē
plum maximū quo nō possit cogi
tari maiꝰ efficatissimū et ꝑpetuū
vt alijs hoies post ipm postq̄ co

gnouerint ipm et veritatez et que persona erat ipe aduretur iflamatur exitentur et imitetur vt pter nullaz in comoda que sentire pnt declinet a iusticia qua deo dnt cu etia de necessitate aliqn mori debeant cuz ipe q nec p se ex debito mori debebat nec p alijs poterat no cogi mori ta pciosaz vita ymo seipm et tota personam tam bona voluntate dederit ad morte pter voluntate dei et iusticia sustinedu Un quis ex debito talis persona que erat ho debeat deo omez obediencia et facere p deitate quicqd poterat z hoc virtute pme obligationis ac tn hoc e citra mortez qa ex debito nullaten9 mori dz. Et io moriedo spote reliquit exeplum oibus vt silr faciant et no dubitent mori. Sic g quis illi qui occidet ipsum mala voluntate occident eum ac tn qz ipe sustinebit spontanea voluntate ad honore dei z ad vtilitatez toti9 huane nature. Jo laudabiliter z misericordit sustinebit. Sed mirandu erit quo poterit esse et generari tata malicia tanta crudelitas et tata iuidia in illis hoibus cotra tam bonu hoiem sicut ille qui nulli nocebit nec nocere poterit qz summe benign9 erit. Maxima em dz esse ista inuidia et malicia supra humanu genus.

Et ideo est osiderandu sicut ia declaratum est q totu gen9 huanum est sub potestate et captiuitate pmi ageli mali et neqssimi dyaboli et angelo eius. Et io qa ille ho erit nouus ho in mundo z predicabit et docebit noua doctrinam et oia que erunt noua et que pertinebut ad honorem dei et ad liberatione hominu z totaliter opabitur oia que erut cotra dyabolu et loquetur ad destruendu suum regnum et suum imperiu et dnium. Un cu ille homo debeat liberare genus huanu ab obligatone infinita et satisfactere pro oib9 oportebit q pugne totis virib9 cotra captiuatore hominuz et remoueat hoies a sua ptate. Un dyabolus erit principalis et capitalis inimic9 su9 z inter ipos abos erit principale bellum et secretu: Et ideo cu ipe malus angel9 videbit talem hoiem apparuisse de nouo qui nuq talis apparuerat qui totaliter sit cotrarius ei super quem nulla ptatem poterit habere seqtur etiam q ille pmus angelus timens perdere suum dniuz pugnabit totis virib9 contra istu hoiem vt perdatur et occidatur. Et io quia ipse no poterit ei nocere per se nec occidere nocebit ei qtu poterit per homines qui sunt mebra sua et occidet eu si potest per medium hominum malo. Et ipe malus angelus propter sua maliciam et inuidiam qua habebit cotra istum hominez inflamabit aliquos malos hoies sibi adherentes

tes cõtra ipm et gñabit tantaȝ inuidiam cõtra eum et instigabit tãtũ eos et icitabit vt eũ velint totaliter occidere et perdere. Aliter nõ poterit ei nocere. Et sic ipse mal⁹ angelus et dyabol⁹ tractabit morte suam et dabit totum cõsilium secretum vt occidet eũ per malos hoĩes ministros suos si potest nec alit̃ cessare poterit donec hoc fecerit qꝛ nõ poterit sustinere talem hoĩem sibi contrariũ Et sic apparet vñ tanta malicia et inuidia poterit generari cõtra istũ hominẽ vt mali hoĩes velint eũ occidere. et hic apparebit sũma benignitas istius hoĩs qꝛ moritur spõte etiam pro occidentib⁹ eum ꝛ ꝑ inimicis suis et pro peccatis eorum. Et qꝛ ipe primus angel⁹ occidet talem hominẽ iustuȝ innocentem qui nullomõ debȝ mori nec obligatur morti nec dyabol⁹ habȝ aliquod ius in eo. Ideo ipe ꝓmittet maximã iniusticiam contra istum hoĩem innocẽtem. Ideo veraciter dignus erit ꝑ iusticiã ꝑdere totũ ius quod credebat se habere sup homines ꝙuis in veritate nullum de se haberet vt sicut inasit hoĩem in quo nullum ius habebat. Ita ꝑdet ius quod habere videbatur in alijs hoĩbus. et sic ille hõ per mortem suam satisfaciet pro tota natura humana et morietur laudabiliter ad honorem dei ꝛ liberabit homines a potestate dyaboli et hoc per veram iusticiam. Et sic vincet dyabolum per suam iusticiam veram ꝛ iustũ erit ꝙ dyabolus sit captiuus eius propter iniuriam ꝛ iniusticiam quã sibi fecit. Et sic homo per iusticiam acquiret potestatem et dñium super primum malum angelũ seu dyabolum.

Et sicut dyabolus vincit a principio hoĩem per fraudulenciã et deceptionem et falsam promissionẽ et subiugauit sibi hoĩem Ita homo vincet dyabolũ per iusticiam et captiuabit eũ. Et quia ille homo erit de⁹ et filius dei. Ideo diuinitas que nõ potest facere iniusticiam faciet veram iusticiam humaitati de dyabolo. Et ideo ipe dyabol⁹ erit iustissime sub pedibus istius hominis et ipe tenebit eum iustissime captiuatum.

Ecce qualiter fieri poterit vera liberatio hominũ per mortem hominis qui erit deus et homo et a dyabolo et a peccato seu ab iniuria et offensa dei et a pena infinita. Et sic mors istius hominis vincet dyabolum et omnẽ culpã et peccatum. Et sicut dyabol⁹ decipiendo subiugauit homineȝ sibi. Ita decipiendo seipsum quia inuadet et occidet iustuȝ hominem captiuabitur et ligabitur ab isto hoĩe cũ adiutorio diuinitatis per iusticiã. Et sicut prim⁹ hõ fuit sub potestate dyaboli propter inobedientiaȝ quam fregit et fuit

in ira dei et sepatus a cõsortio et amicia dei: Ita per obediētiam istius hoīs q̄ erit maior p̄mo hoīe quā p̄uabit vsq̧ ad mortē īclusiue scz tenēdo vitatē dei et iusticiaz ad quā obligat̄ oīs hō et quā de⁹ vlt̄ ꝛ exigit ab omi hoīe hō erit dignus liberari taz a potestate dyaboli ꝙ ab ira dei ꝛ restitui ad amiciciā dei quia obediētia cōputat̄ ꝓ inobediētia quia obediētia facta erat ꝑ honorez sicut īobediētia ꝑ īhonoratōnē et maxie quia ista obedientia supabit in infinituz inobediētiā quia erit facta cū difficultate mortis ꝛ ꝑ hoīez maiorē ꝛ iō magis acceptabile deitati obedientia volūtaria isti⁹ hoīs ꝙ fuerit displicibilis īobediētia p̄mi hominis. Et maior erit honoratō istius hoīs ꝙ fuerit inhonoratō p̄mi hoīs. et sic totaliter destruet̄ ꝛ anihillabitur iuria et offensa p̄mi hominis et eiciet̄ a tota natura humana.

Qualiter mors illi⁹ hoīs qui ē necessari⁹ pro satisfactiōe oīm hominum p̄ualet et magis pōderat ꝙ numer⁹ et magnitudo oīm peccatoꝝ et offensa oīm hominum.

Viā iaz declaratū ē ꝙ mors illi⁹ hoīs erit satisfactio pro peccato hoīs et toti⁹ nature hūane et culpis iniurijs et offensis hominum et cū iam declaratū sit ꝙ quolibet peccatū seu offensa contra deū ascendit in īfinitū et hz ꝙdam infinitatē et opz s̄m mēsuraz peccati et offense facere satisfactōnem et ꝓ vno peccato infiniti mūdi pleni creaturis nō posset satisfacere. et iō cū peccata seu offense ꝛ iniurie cōtra deū sint sine numero et p̄nt esse ꝛ multiplicari in īfinitū et crescere. videam⁹ quō mors istius hoīs qui erit de⁹ et hō qui est necessari⁹ pro satisfactione erit sufficiēs satisfactō et sufficiēs p̄cium pro oībus pctīs oīm hoīm ꝛ qualr pl⁹ pōretur mors ista ꝙ nūs ꝛ magnitudo oīm pctōꝝ et criminum. Et iō ad cognoscēdū hoc optz pōderare vitā illi⁹ hoīs ꝙtū valebit et quāti sit valoris et quāti precij. Vñ hūanitas illi⁹ hoīs p̄ualebit ī p̄ciositate in excellēcia in nobilitate in bonitate et dignitate ꝙ oēs hoīes qui fuerūt sūt et erūt et qui p̄nt esse ꝛ oēs creaturas qꝛ hō iste erit deificat⁹ qꝛ sua hūanitas erit vnita deitati in vna ꝑsona et iō ꝓpter illā vnionē et ꝓpter istud matrimoniuz altissimū ista hūanitas ascēdet ad sūmā dignitatē sicut ei iam declaratū fuit de spōsa respectu spōsi in capitulo ꝺ amore qualiter spōsa ascēdit ꝛ nobilitat̄ ꝓpter spōsum cui vnit̄ ꝙuis sit infima inter oēs mulieres qꝛ pauprima totius mūdi pōt effici regina si fiat spōsa regis. g̃ silr erit de ista hūanitate illi⁹ hoīs qꝛ erit vnita ꝛ copulata tanꝙ sponsa persone filij dei

et ideo necessario erit ꝑportiona-
ta iuxta dignitatē deitatis tm̄ ꝙ-
tū fieri poterit. Et adhuc ista vnio
erit maior ꝙ spōsi et spōse qꝛ vna
persona erit de⁹ et hō et idō ille hō
erit quantū acceptabilitatē in me
ritis infinit⁹ et idō ꝑualebit ꝙ oīs
hoies qui pn̄t esse et ꝙ oīs crea-
ture nec est aliqua ꝯparatō. Et idō
si volumus clare videre quō eius
mors pl⁹ ponderet ꝙ oia peccata
videam⁹ pro quāto n̄ deberet qs
nec velle occidere talē hoiem si es
set pn̄s et sciret quis esset. Ita ꝙ si
diceret alicui nisi occidas istū ho
minē et tot⁹ mūdus ꝑibit et ꝙ de
us ē certe null⁹ faceret hoc nec de
beret facere si sciret quis esset ille
hō pro cōseruāda oi creatura nec
si infinit⁹ nūs ei daret. Itē etiam
si diceretur alicui aut tu occides
talem hoiēꝫ aut oia peccata ꝛ cria
mundi veniēt super te et iputabūt
tibi. nōne iste respōderet ꝙ citius
velet oia pctā et crimia mūdi sup
se sustinere et ei iputari et nō solū
mūdi ymo oia q̄ futura sꝫ ꝛ pn̄t co
gitari ꝙ istō solū peccatum et nō
solū de occisione isti⁹ hois sꝫ etiā
de qualibet parua lesione extima
re tangere ipm. pro quāto em̄ ali-
quis deberet modicū ledere ꝑso-
nam regis vel imperatoris. vnde
igitur esset hoc vt aliquis horrerꝫ
plus vnū peccatū in lesione hui⁹
hois ꝙ oia alia que cogitari pn̄t
et ꝙ oia que fiunt contra deū nisi
peccatum ipm quod fieret in per
sona ei⁹ sine cōparatione excede-
ret oia peccata ꝛ crimina que pn̄t
cogitari extra personā illi⁹. Ec
ce igitur manifestissimū est ꝙ nlla
imēsitas nulla magnitudo vel mł
titudo peccatoꝝ extra personā il
lius potest nec valet cōparari vio
lationi et destructioni vite corpo-
ralis talis hois. Quā bona est er-
go illi⁹ vita cui⁹ interit⁹ et destru
ctio tam mala est. Si em̄ omne
bonū tam bonū est ꝙtum mala ē
eius destructio. ḡ vita illi⁹ homis
plus erit bonū et mai⁹ bonum si-
ne cōparatōe ꝙ illa pctā sint mala
quequiō peccata sua interfectō si
ne extimatione superat. Vn̄ si in
terfectio illi⁹ hois superat omneꝫ
multitudinē peccatoꝝ que cogi-
tari pn̄t extra personam ei⁹. Et
si peccata et crimia tantū sunt odi
bilia ꝙtum sūt mala et vita illius
hois tantum erit amabilis et ma
gis bona ꝙ oia peccata sint odibi
lia et mala. Ergo tantum bonū
tam amabile sicut erit vita illius
homis qui preciosior erit ꝙ oīe
quod est citra deū nunꝙ erit suffi
ciens ad soluēdum qd̄ debetur ꝑ
peccatis et criminib⁹ et offensis
totius mundi et superat oīe de-
bituꝫ quod debetur pro satisfactō
ne peccatorum. ymo pl⁹ poterit i
infinitum. Ecce igit quomō vi
ta illius hois vincit oia crimina
omnes offensas oīes iniusticias

et omnes culpas si detur pro illis

Si ergo dare vitam et accipere mortem siue datio huius vite preualet et pponderat in bonitate q̄ omnia peccata hominuz in malo ita etiam et acceptio mortis. ergo si ille homo quē querim⁹ det spō te vitaz suā morti et ad honorem dei ꝑ satisfactōe nature hūane nō ne satisfaciet et soluet pro omib⁹ hominibus et satisfactio erit maior in infinitum q̄ om̄e debitū quod debent omnes homines. Patz ergo quomodo mors illi⁹ hominis qui est necessarius pro satisfactōe peccatoꝝ humane nature magis pōderat in bonitate q̄ multitudo et magnitudo oīm offensarum et peccatorum in malicia.

Qualiter ista mors deleat et superet pctā et crimina occidentiuz talem hominem.

Uoniam dictuz est ꝙ mors illius hominis qui erit de⁹ et homo superabit peccata et crimina hominū. Sz dubium videt̄ quomodo poterit delere ⁊ superare peccata illorum qui occidēt eū qm̄ si taz maluz est occidere cum q̄tū bona est vita eius: quomodo poterit mors eius superare et delere peccata et crimina ⁊ offensas illorum qui occident ip̄m quia appareret ꝙ tantum malum sit peccatum illorum qui occident eum q̄tū vita eius est bona. ḡ quomō mors eius poterit satisfacere pro peccato vel ꝑ illis peccatis si sint plures qui occidāt eum. aut si poterit delere vnum peccatum vni⁹ hominis et nō alioꝝ et satisfacere solū ꝑ illo. Oportet em̄ ꝙ satisfactio sit tanta ꝙ deleat om̄ia peccata. Et ideo hic possumus respōdere dupliciter: p̄mo ꝙ null⁹ sciēter occideret talem hominez si cognosceret eū esse talem q̄lem erit scz esse deum ⁊ hominem. Et ideo si occidāt eum ignoranter occidēt quare illud pctm̄ nō erit ita malū sicut vita ei⁹. bona q: ignorancia diminuet pctm̄ illud vt nō sit ita infinitū. Un̄ quādo supradictuz fuit ꝙ tantū malū essz ei⁹ destructio q̄tum vita ei⁹ bona nō considerabamus magnitudinē illi⁹ interfectionis ad videndū q̄tuz bona esset vita sua s̄m ꝙ fieret ignoranter sz si scienter fieret ꝙ nunq̄ aliquis poterit facere nec vellet facere. Sed aliter et scđo possum⁹ dicere ꝙ meritum et bonū qđ faciet ille hō qui erit de⁹ erit duob⁹ modis infinitū. primo ex parte faciētis q: erit ꝑsona ifinita. scđo ex parte dei acceptantis q: om̄e meritū quod est acceptabile deo est infinitum sicut demeritū infinitum.

Et sic illa datio vite erit ifinita ex parte dantis et ex parte acceptāt.

Sed om̄e peccatum quod pōt facere creatura est solum infinitum ex parte dei cōtra quem fit et non

ex parte faciend. Et sic mors illi⁹ poterit delere oia peccata possibilia fieri per creaturā et satisfacere ꝓ ill' et vltra supabit in ifinitum.

De circūstantijs et ꝯditionib⁹ quas hēbit illa ꝑciosissima mors et q̄ cōuenientia erūt ei.

Et qa illa ꝑciosissima mors illius infiniti valoris. Illi⁹ benignissimi et pijssimi hoīs quo indigemus est necessaria toti nature humane pro satisfactione. Et in ipa pendet tota restauratō ⁊ totum bonum hominum. Ideo videamus quas circūstantias et cōditiones habebit iste homo ⁊ que ei cōueniunt. Et quia illa mors erit tota satisfactio nature humane et totum meritum et totum bonum. Et ideo illi morti conueniet ꝙ habeat omnes circūstantias et cōditiones omnes per quas poterit esse magis meritoria et satisfactoria ⁊ magis acceptabilis et per quas poterit magis declarari bona voluntas bonum cor et meli⁹ affectus cordialis moriendi talis hominis. Unde talis mors opꝫ vt iam declaratum est ꝙ sit voluntaria ⁊ accepta sponte quia aliter nihil proficeret. Et ideo oportebit ꝙ ille preciosissimus homo velit suscipere et sustinere mortem libenter sponte et bona voluntate Et ideo habebit maximum amorem maximā caritatem et ardentissimā et maximaꝫ pietatem erga naturam humanaꝫ ꝑditam vt soluat. ⁊ iō ñ solū valet sustinere ⁊ recipere mortē ymo per talē modū et per taleꝫ formaꝫ in quib⁹ talis mors sua erit magis meritoria magis satisfactoria magis vtilis ⁊ cōmoda ꝓ natura hūana et cōuenit sue pijssime bonitati et caritati ardētissime. Et ideo qꝛ ille homo recipiet mortē nō inuitus nec ignoranter ymo ipso sciente volente et ꝑmittente. Et iō talis mors opꝫ ꝙ sit ꝑus deliberata ⁊ ordinata ꝑ ipꝫmet et nō fiet a casu fortuito sꝫ ipemet eliget volūtarie talē mortē q̄leꝫ voluerit nihil fiet in sua morte ꝯtra suā volūtateꝫ. et ꝗto mors erit cuꝫ maiori pena magis atrox magis crudelis magis afflictiua et dolorosa magis ignomiosa magis vilis obꝓbriosa derisoria et vituperabilis et turpis cum maiori ꝯfusione: si sit volūtarie assumpta tāto erit magis meritoria satisfactoria et cōmodosa toti nature humane et magis acceptabilis deo. Et iō certe cōueniet amori ardentissimo et pietati illius benignissimi hoīs vt nō soluꝫ velit sustinere mortem ymo talem mortem sicut dictum est: quia hoc erit mai⁹ bonū quod poterit facere et ideo cōueniet sue maxime bonitati vt faciat ita illud bonum ita magnum ꝙ nō possit fieri maius nec melius nec cogitari. Unde ille pijssimus homo erit persona infinita

et ideo cõueniet ei facere tantum bonum vt sua preciosissima mors superet et excedat tantum omnia peccata φ non possit magis supe rare vt habeat omne meritum. Et ideo cõuenit φ omẽs circõstantie que poterunt reddere illã mortez difficillimaz ꝑualissimã per omẽz modũ atrocissimaz crudelissimaz afflictissimã dolorosissimã turpissimam ignominiosissimã asperimã et fugibilissimam sint in ipa mor te seu ꝯcomittẽtur eam. Et iõ ꝯue niet φ fiat in loco publico et solẽ pni et nõ occulto de die et non de nocte et sic de alijs circonstantijs Et opportebit φ genus mortis sit turpissimũ seu ignominiosissimuz quomodo poterunt ista fieri faci liter cognoscem⁹ si consideremus illos ꝑ quos talis mors fiet. Qm̃ opportz φ sint iĩmici sui maximi. Unde iam dictum est φ ille pm⁹ angelus scz dyabolus erit iĩmic⁹ capitalis istius hominis et habe bit ipm odio in sũmo: et ideo trac tabit mortez suã et inflamabit ali quos hoĩes ad sũmuz odiũ istius hoĩs et ad sũmam inimiciciã: ꝛ iõ illi homĩes qui erũt inimici sui nõ solum desiderabunt ipm occidere ymo etiam desiderabũt sibi infer re et talem mortẽ dare sicut dictũ est. Et ideo multũ bene ꝯueniunt iĩmici sui cũ eo q̃tũ ad hoc q2 ipsi desiderabũt sibi dare talem mortẽ vt dictum est. et ipemet gaudio ꝛ bona volũtate volet suscipere ta lem. Et sic eadẽ volũtas suoꝝ iĩmi coꝝ ꝛ ipiusmet q̃tũ ad hoc. Sed nõ erit siĩlis voluntas. q2 illi mala voluntate faciẽt talez mortẽ in fla mati a dyabolo. Sz ille bona vo lũtate sustinebit talẽ mortẽ scz ad honorẽ dei et ad vtilitatẽ toci⁹ hu mane nature et illoꝝ qui ipm oc cident. Et maxĩe inimici sui pote runt sibi dare talẽ mortez qm̃ ipse nullã ostẽdet potestatẽ ymo opor tebit φ abscondat totã potestatẽ suã. Itez nullã faciet rebellionẽ et ideo tractabũt eũ iuxta coꝝ malã voluntatẽ et q̃tum ipemet ꝑmit tet. ecce magnũ misterium erit ibi q2 ipa malicia destruet seipam q̃a q̃to magis ꝑ maliciã et iniquita tem inimici sui dabũt mortez ma gis crudelẽ et penosam tanto ma gis illa mors erit meritoria et satis factoria ꝑ peccatis ꝛ destruet ma liciã. Et sic peccatũ destruet seipz et iniquitas erit ꝯtra seipam. Nõ enĩ põt fieri talis mors per verita tem et sic fiet per iniquitatẽ et ma liciã scz ad destruendũ eam. Et sic ipa iniq̃tas et malicia faciet mor tem suã et colliget virgas cuz qui b⁹ v̄berabit et occidet. et ita patẽt cõditiones et circõstancie in gñali que erũt ꝯueniẽtes isti morti p̃ ciosissime que necessaria erit pro satisfactione hominum.

Declaratõ magis in spãli quõ rõnabiliter sequat solutio hũane

nature per talem mortem.

Illi aūt debitū potest esse q̄tum sit aut cui⁹ p̄cij illud q̄ ille hō qui erit de⁹ et hō et fili⁹ dei dabit vitā suā p̄ciosissimā mori ad honorē diuinitatis spōte nulli dubiū pōt esse q̄n tale op⁹ sit sūme laudabile ⁊ sūme p̄miabile ab ipa diuinitate qui ēm tm̄ donum spōte dat deo nō debet esse sine retributione. Necesse erit igr̄ q̄ si ille hō det tm̄ donū deo q̄ diuinitas retribuat ei. aliter aūt de⁹ videret esse iniust⁹ si nolet retribuere aut impotēs si nō posset quo alienū ē deo. Sed qui retribuit alicui aut dat sibi illud quod nō h̄ȝ aut dimitit illud quod posset exigi ab ipo. Sed q̄ȝ talis p̄sona erit de⁹ et hō et filius dei. et per p̄ns nullo indiget q̄ȝ vna persona erit de⁹ et hō ⁊ nihil poterit dari tali persone q̄ȝ totum quod h̄ȝ plenissimū est.

Iteȝ etiā nec talis p̄sona aliquod debebit quod possit ei dimitti nec indiget mereri aliq̄d pro se ipa q̄tū ad humanitatē q̄ȝ oia que hūanitas illa poterit habere debētur ei rōe sue sūme dignitatis ex vnione cū diuinitate. Quid ergo retribuetur illi qui nulla re indiget et cui nō de est aliquid quod possit dari aut dimitti. Ecce ex vna parte necessitas retribuendi. ⁊ ex alia parte impossibilitas necessitas retribuendi q̄ȝ necesse ē deum et diuinam naturā reddere quod debet de iusticia illi qui meretur et impossibilitas retribuēdi q̄ȝ nō ē aliquid quod reddat. Si tanta igr̄ ⁊ tam debita merces non reddatur a deo illi hoi nec alicui alteri in vanum videtur fecisse tantā reȝ pro honore dei. Necesse est igr̄ q̄ alicui alteri reddat̄ q̄ȝ ñ poterit reddi illi. Si ḡ ille hō voluerit dare illud quod ei debebat̄ alicui alteri poterit ne ipa deitas de iure phibere illum aut poterit denegare illi cui ille dabit ymo iustū et necessariuȝ erit vt diuina natura reddat mercedē illi cui p̄sona illa voluerit dare. q̄ȝ licebit ei dare illud quod suum erit et deitas nō poterit dare alicui alteri. Sed quib⁹ cōuenienti⁹ ille hō actribuet mercedem et retributionē et factū sue mortis preciosissime scȝ illis hoibus quos cōuenientius et iusti⁹ faciet heredes tanti debiti quo ipse nō eget et tāte habūdancie vȝ parētes ac fratres suos aut alios hoies quos videbit tot et tantis debitis obligatos ⁊ sūma paupertate defficere et esse in profundo miseriaꝝ vt scȝ eis detur illud q̄ð dn̄s pro peccatis ⁊ offensis exigit et dabitur illud quo p̄uati erant propter peccata et offensas. Nihil ei videtur rationabilius nihil amabilius aut desiderabili⁹ vt q̄cunq̄ accederet ad deū sub nomine illius hoīs nullomō repelletur Ecce igitur qualiter hō ille libera

bit oms alios hoies et redimet qz illud quod spote dabit deo copu tabitur pro debito qd illi debetur huana igr natura dabit in illo ho mine spote et non ex debito illud quod suu erit vt redimat se ac libe ret in alijs hoibus in quib9 illud quod ex debito exigebat no e nec hnt vnde reddant. Oms g hoies qui ad illam gram volunt accede re et adherere illi hoi cum digno affectu liberabutur ab oi obliga-tione scda que est pter pctm 7 of fensam et per ons liberabutur ab ira dei a pena eterna a potestate dyaboli 7 recosiliabutur deo 7 da bitur eis eternuz gaudiu quod p diderant. Qui vero illam iusticia cotempnet iuste peribut ineternu et incurret pena infinita qua dnt qz no reddent debitu quod debet nec satisfacient. Item etia ad con firmatione pdictorum psiderand est qp illi hoi debebitur regnu cele ste ac hereditas celestis duobus modis. primo qz ille ho inqtu ho erit filius dei qz immediate recipi et a deo aiam ronalem et erit for-matus qtum ad corp9 immedia-te a deo et erit obedies semp deo vt patri custodies formam filiato nis: et ideo necessario erit ho dei inqtum homo tantu qz inter ho-mines iste solus erit bonus filius dei. 7 per cosequens iure paterni tatis et filiatonis tota hereditas que debebat oibus hominibus i-simul si seruassent forma filiatio-nis et fecissent vt boni filij dabit de iure isti hoi quam alij homies iuste pdiderunt qpuis igit iste ho non moreret debebit ei de iure he reditas toti9 humane nature qua deus debebat dare si primi hoies no fuissent inobedientes. Et isto iure null9 ali9 ho poterit esse par ticeps hereditatis celestis. Sed alio mo et alio debebitur heredi-tas celestis illi hoi scz per meritu sue pciosissime mortis qz morietur laudabilit ad honore dei 7 sic p iu sticiam veram et per meritu iusti cie debebitur tota hereditas cele stis que hoibus debebat dari si p mi hoies fuissent obedientes. Et sic duplici iure debebitur tota he reditas celestis illi hoi. et ideo qz ei sufficiet habere illa hereditatez per primu ius et no indigebit iu-re scdo. ideo dabit alijs hominibus ius scdm quod acquisierit p meri tuz sue mortis. Et sic ille homo iu ste restituet alios hoies factos si os sibi adheretes qz dabit eis ius scdm quo ipse no indiget. Et sic quicquid ille ho acquiret p mor-te sua dabit alijs hoibus qz mors sua erit infinitu meritum et dabit alijs hoibus qz ipe no indiget.

Ideo hoies habebunt infinitu ius per quod debebitur eis here-ditas celestis. Et sic homo ille p morte sua ditabit totam naturaz humana que erat pauperrima qz

implebit eam suo infinito merito. Vñ diuicie humane nature ⁊ thesauri nõ sunt nisi per mortez illi⁹ hominis qua morte humana natura erit plenissima ditissima ⁊ habundantissima et tm̄ ꝙ ampli⁹ nõ poterit habundare nec crescere. ⁊ tales thesauri et diuicie erunt incorruptibiles q: tale meritu3 erit eternum et semp̄ manens: q: meritum nõ potest destrui nisi per suum cõtrarium sc3 per culpã ⁊ per demeritum et displicitũ. Sed nulla erit culpa que possit destruere illud meritum. et ideo erit semper in sua virtute et efficatia. Apparet ergo ꝙtũ rõnabiliter sequitur solutio hũane nature per mortem illius hominis quo indiget omnis homo.

Qualiter illa mors se habebit ad culpas et offensas.

Quoniam autẽ iam declaratum fuit in tractatu de lapsu perditionis hoĩs ꝙ in tota natura humana erãt tres culpe. prima erat gñalissima que respiciebat omẽs homĩes et erant totius nature humane. et ista erat culpa seu offensa p̄morum duoꝝ hominum et ista clausit hominibus portam celestem. Alia erat culpa originalꝰ quã attrahit aĩa quãdo cõiungitur carni corrupte. Et tercia est personalis et actualis et ista multiplicatur in quolib3 hoĩe sine numero. Et q: ista preciosissima mors delebit omẽs culpas et offensas totius humane nature. Ideo oportet videre qualitꝰ se habebit ad istas culpas seu offensas

Unde prima culpa seu offensa nõ est nisi vna in tota natura nec potest multiplicari et ẽ radicalis ac latentissima et est p̄ma. Ideo mors illius hoĩs primo et principaliter tollet totaliter illã gñalem culpam et iniuriã et erit satisfactio pro ea et hoc stati3 quãdo mors erit facta. Et sic remouebitꝰ vniuersalis a tota natura hũana.

Sed alie due culpe particulares que sunt in quolib3 hoĩe particulari et respiciunt p̄sonas singulares nõ tollẽtur nec destruentur statim post morte3 s3 oportebit vt quilib3 homo adhereat illi morti ⁊ vniatur illi homini ac fiat mẽbru3 eius et efficiatur de sua societate ac de sua familia q: aliter meritum sue mortis nõ poterit satisfacere pro illo nec aliter efficietur particeps in virtute illi⁹ mortis per se. Sed q: paruuli qui nõ habent vsum liberi arbitrij nõ poterunt adherere illi morti. Ideo sufficiet ꝙ alij qui habebũt vsum liberi arbitrij adhereant pro illis quia culpa eorum nõ est actualis ymo euenit eis per alienam personam et nõ per propriã volũtatẽ

Ideo etiam aliena persona pote rit suplere vices eorum et ad hēre pro illis sed in adultis qui possūt per propriam volūtatē et liberum arbitrium ad hēre et vniri illi homini: necesse erit quod si voluerint quod mors illa eis proficiat quod actualiter viuantur cū illo et fiant membra eius. Unde iam declaratum fuit quod homines erant membra primi angeli mali et dyaboli. Ideo opportebit quod reliquant ac designaut esse mēbra dyaboli et fiant membra istius hominis et hoc volūtarie et sponte sine coactione quia sicut mors eius fuit sucepta voluntarie quia aliter nihil proficeret. Ita erit necesse quod homines qui voluerūt esse participes meriti sue mortis voluntarie viuātur ei ac incorporentur aliter nihil proficeret eis illa mors. Et ideo erit necesse quod relinquāt vitā priorem et antiquam quam tenuerūt que erat secundum dyabolum et recipiant vitam nouam istius hominis que erit secundum deum: et vt fiat certa distinctio inter homies qui efficientur membra eius et alios necesse erit quod sint aliqua signa manifesta per que signabūt membra eius que recipiētur ab hoibus qui volunt esse membra eius et de sua societate: sic ergo opportebit vt homines adhereant ei et vniātur et hoc facient recipiēdo aliqua signa ab ipso ordinata. Ecce ergo qualiter illa preciosissima mors se habebit ad delendas offensas mundi et culpas hominum quoniam nō delebit nec destruet proprias culpas et offensas cuiuslibet hominis quas quilibet cōmisit per propriam volūtatem nisi cuilibet displicuerint omnes culpe et offense quas fecit et eas odio habeat: et tūc mors illa satisfaciet pro oibus penis cuiuslibet debiti dū tamē hoies efficiātur membrū eius. Sed ad delēdam culpā originalē non erit necesse quod hij hēant displicētiam quia nō commiserunt eā per propriā volūtatem nec etiā ad delendā culpā ac offēsam generalem totius nature nō erit etiam necesse quod aliquis doleat quia illa delebitur totaliter per mortē statim hoibus ignorātibus: sed fuit hoc necesse primo quod primi parētes qui illā commiserūt de illa culpa doluerīt et eis displicuerit aliter quo ad ipos nō destruetur. Ad destruendū enim totaliter culpā et offensā contra deū necessaria est satisfactio infinita vt dictū est: etiam necesse est quod ille qui commiserit hēat displicentiā de illa offensa et culpa et ei displiceat. Sine ergo morte illius qui erit deus et homo nulla offensa et culpa pōt deleri. Unde etiam non solum est necessaria satisfactō infinita propter penam infinitam debite soluendam ac redimēdam ymo est necessaria infinita displicētia de offensa et culpa que est contra deū qui est infinite bonus. Unde offensa que est cōtra infinitam bonitatem nō potest ad plenū deleri

nisi per in finitā displicētiam quā null⁹ homo potest habere. Et iō ad supplementum necessaria est mors illi⁹ hoīs vt per eam debita satisfactio fiat et pro displicencia suppleat. Et ideo necessariuȝ erit ad soluendū peccata hoīm et culpas et offensas ꝯtra deū ꝙ ille hō qui est infinita persona nō solum moriatur ymo doleat ꝓ peccatis preteritis pn̄tibus et futuris et ei displiceant in infinitū: et sic nō solū pacietur in corpore ymo etiā in aīa ad satisfactiendū plenarie pro peccatis hoīȝ. Ois em̄ culpa mortalis offensa ac iniuria ꝯtra deuȝ obligauit ad infinitam penam qꝛ est ꝯtra deū qui est īfinita iusticia Et hoc ꝓpter ꝯtemptū dei. Et iō opȝ vt satisfactio sit infinita. Et qꝛ etiam talis offensa est ꝯtra infinitam bonitatem et benignitatem. Ideo etiam pro plena satisfactōe requirit infinitam displicentiam. Quia summa bonitas fuit offensa que est infinite amabilis. Et ideo quantum est amabilis tm̄ offensa est displicibilis et odibilis: et ideo erit necessarium ꝙ ille homo tristetur veraciter et doleat de offensis hominum.

Qualiter se debebit habere homo ille post suam mortem sponte sustentatam.

Onstratum est autem qualiter summe necessaria erit mors illius hoīs qui sit deus et homo pro satisfactione totius humane nature. Et etiam visū est q̄liter mors ei⁹ poterit satisfactere Et ideo restat videre q̄d debebit facere ille hō post morteȝ suaȝ et quid necessariū erit vt satisfactiat pro hoībus vltra et si debebit remanere mortu⁹ vel iterum reuerti ad vitam: et quando ille homo erit deus et homo: et per ꝯn̄s omnipotentissim⁹ sapientissim⁹ optimus et benignissim⁹. Ideo omīa que faciet sapientissime benignissime et rationabilissime faciet. Iō necessariū erit vt iteruȝ reddat ad vitaȝ et nō remaneat ī morte. Sicut enim sua mors erit necessaria Ita sua resurrectio erit necessaria sȝ nō ad satisfactienđ et delenduȝ peccata et offensas qꝛ mors eius operabit̄ plenissimā satisfactioneȝ sȝ nisi post mortem sequeret̄ sua resurrectio sua mors esset ꝑdita quo ab hoīes et totuȝ essȝ frustra quia null⁹ hr̄et spem nec fidē in eū nec in merito sue passionis nec vniretur ei nec adhereret. Et sic sua preciosissima mors nō esset vtilis hominibus. Et ideo necesse erit ꝙ reuertatur viu⁹ ⁊ resurgat post mortem. Et hoc requirit necessitas liberatōis humane nature: et ipsamet mors sua vt meritū tāte mortis non perdatur. Et ideo postq̄ mors facta erit ad nihil vtilis essȝ stare mortuū ymo sūme dāpnosū et inutile ac destructiuū toti⁹ hū-

ficij ipsius mortis sponte ac volū tarie succepte ꝓpter honorē deita tis et ꝓpter vtilitatem totius hūa ne nature. Ita etiā ꝓpter eandem vtilitatem necessariū erit ꝙ susci⸗ tet se ipƺ a mortuis. Et ideo neces sariū erit humane nature ꝙ talis persona faciat satisfactōem que sit deus et homo vt per mortem suā possit satisfactere: et iterꝝ post mor tem resurgere et seipm̄ suscitare qꝛ vtrūqȝ necessariū est hūane natu⸗ re qꝛ vnū sine alio nihil proficeret ad hoc enim valebit et necessaria erit vnitas naturaꝝ scȝ hūane na ture et diuine in illo hoīe et illud opus erit ad reparationē ⁊ restau rationeȝ. Sic videlȝ vt qd̄ huma na natura nō poterit diuina faci⸗ at et qd̄ nō conuenit diuine natu re hūana exhibeat et non alia: sȝ vt sit idem ipe qui perfecte exn̄s deꝰ ⁊ homo per hūanam soluat quod illa debet et per diuinaȝ possit qd̄ expediet. Et sic diuina natua iu⸗ uet humanaȝ in quibꝰ ipa nō po terit. Item etiā erit necessariuȝ ꝙ resurgat a mortuis qꝛ suū glorio⸗ sum corpus nō debet corrūpi nec reuerti in cinerem. Quia etiaȝ nō debebit mori nisi velit vt dictū est Ideo necesse est ꝙ resurgat corpꝰ Aliter diuinitas faceret iniuriam hūanitati quod fieri non poterit. Sȝ qualiter debebit resurgere vl' mortalis vt p̄us vel imortalis to⸗ taliter vt amplius mori nō possit sȝ dicendū est ꝙ totaliter imortal' vt in eternū mori nō possit nec pa ti qꝛ sua mortalitas ampliꝰ nō ꝓfi cerȝ nec erit necessaria qꝛ sufficiet p̄ma mors imperpetuū et ideo de bebit reassumere corpus in statu vltimato et perfecto ad quē ordi nata erat natura humana. Prete⸗ rea nō solum erit necessaria resur⸗ rectio illiꝰ hoīs ymo etiam ascen tio eius in celū vt recipiat pocessi onem ꝓ humana natura et hoc re gni celoruȝ et hereditatis celestis que debebitur sibi duplici iure vt iam declaratū est. Ideo opporte⸗ bit ꝙ ꝓpletis oībus que ꝑtinebūt ad satisfactionē et liberationē hūa ne nature ascendat ad regnuȝ ce loꝝ. Tali ergo hoīe indiget om̄is homo et natura humana q̄ possit satisfacere mori ⁊ resurgere a mor tuis et tanō ascēdere in celū.

Qualiter se habebit ille homo ad creaturas.

T quia totum vniuersū seu vniuersitas creaturaruȝ est diuisa in quatuor ꝑtes quia ange lica partica est scilicet in angelos bonos et in āgelos malos. Deiñ ē natura hūane mundana seu cor poralis. Et quia ille homo erit cre atura ratione hūanitatis: ideo cō siderandū est qualiter se habebit inq̄tuȝ homo ad angelos bonos et qualiter ad malos et qualiť ad hoīes ⁊ qualiter ad mūdanaȝ seu corporalem creaturam. Et qꝛ iste

homo erit maior creatura & altior que possit esse nec cogitari et alti ori dignitate erit enim in vna perso na cũ deitate et erit deus & homo Et ideo inquantũ homo virtute illi⁹ vnionis cũ deitate erit super oẽs creaturas et erit dñs angelorũ & caput quod primus angelus mal⁹ debebat esse qui cecidit. Et iõ iste homo restaurabit ac reintegrabit angelos et om̃s angeli erũt sui et ei debitur istud dñium. Item erit dñs malorꝝ angelorꝝ et hoc per iu stitiam quia primus malus angel⁹ erit captiuus eius vt iam declara tum est. Item erit dñs oĩm hoĩm habens imperiũ super omnes ho mines: et ideo erit caput hominũ bonorũ vt dictum est de angelis bonis: et etiam erit dñs malorum hoĩm sicut malorꝝ angelorũ sed nõ erit caput eorum. Et sic idem erit caput bonorũ angelorum et bonorum hoĩm. Et ideo angeli et hoĩes boni erunt membra vnius capitis: & ideo angeli iuuabũt ho mines quantum poterũt. Item etiã erit dñs oĩm creaturarꝝ mũdi quoniam om̃s creature sũt propter hoĩes & ip se est sup totam naturã hũanam & per cõñs est sup om̃s alias creatu ras. Et iõ erit dñs terre aque ma ris ignis et oĩm creaturarum que sunt propter hominem. Et sic vnus homo erit dñs oĩm creaturarũ et istud dñium debebit ei ratione di uinitatis et tũc fient duo corpora totaliter opposita seu duo exerci tus scilicet corpus bonorꝝ et corp⁹ ma lorum: et quodlibet corpus habebit suum caput et suum ducẽ. Ac tñ caput malorum erit primus mal⁹ angelus cum suis angelis malis membris suis sicut fuit declaratũ in tractatu de malo angelo qui fa ciunt vnum corpus et vnũ exer citum. Et cum isto corpore fuerũt in corporati homines per accñs. Sed ex opposita parte non erunt nisi angeli boni qui nõ faciebant corpus quia nõ habebãt aliquam creaturam ita excellentem sicut pri mus erat angelus: et angeli boni erant trũcati capite. Et ideo quia ille homo erit maior et excellenti or quam primus angelus qui corruit Ideo rectissime erit caput bono rum angelorum: et naturã angeli ca recuperabit maius melius ac excellentius caput quam perdiderat et sic reintegrabitur in ordine suo: et tunc erit in ordine creaturarũ bonarꝝ vna creatura maior in bo nitate quam sit illa creatura mala que ẽ maior inter creaturas malas quo niam nulla creatura erat ita bona sicut primus angelus est malus & malum excedebat bonũ inter cre aturas: sed tunc erit per cõtrarium quia bonum superabit malũ quia multo magis ac sine comparatiõe ille homo erit melior quam prim⁹ an gelus sit malus. Et sic duobus modis per illũ hominem bonum

vincet et superabit malū. primo qz ipe erit melior ꝙ oms creature q̄ sunt male. scdo qz faciet i vniuerso vnū bonū per suuz meritū quod superabit et vicet ome malū quod fecerūt in vniuerso creature male vel facere poterūt. et sic oibus modis bonum factū superabit malū factū q̄re merito ille erit caput bonoꝝ angeloꝝ et hominum. Sed istud corpꝰ bonoꝝ nō poterit crescere nisi per hoies qui sunt ī corpore maloꝝ. et iō oportebit ꝙ corpus bonoꝝ pugnet cōtra corpus maloꝝ vt trahat ad se hoies et cōuertat ac incorporet qz hoies sūt cōuertibiles ad bonum et ad maluz. Ideo tunc fiet maximū bellū et maxīa pugna inter corpꝰ bonorum et corpꝰ maloꝝ. qz corpꝰ maloꝝ pmus angelꝰ cū mēbris suis custodiet ꝙtū poterit ne pdat homines quos tenet. et corpꝰ bonoruz semp rapiet et trahet hoies ad se et diminuet corpꝰ maloꝝ ꝙtuz ad hoies: Sed qz potētiꝰ aut maioris virtutis erit corpꝰ bonoꝝ ꝙ maloꝝ rōne capitis. Ideo corpꝰ bonoꝝ vincet corpꝰ maloꝝ et cōuertet hoies ad se et corpꝰ maloꝝ perdet ꝙuis em̄ primꝰ angelꝰ malus qui est caput maloꝝ perdiderit per iusticiā hoies vt dictum est actū nō dimittet nisi per violenciam. et iō necessaria est pugna fortissima ad substraendū hoies de sua potestate. Ecce ergo visum est qualiter ille bō qui erit deꝰ et bō se habebit post morte. Et qualiter se habebit ad oms creaturas tam bonas ꝙ malas et que fiēt et ꝙta in vniuerso per suā bonitatē et excellenciam.

Et q2 xps se habet ad ecclesiam seu xpianitatez sicut vir et sponsus ad vxorem et sposaz. et ideo sicut quilz bon9 sponsus amat suā sposaz amore casto bono & puro et singulari & econuerso sposa bona sposum. Ita similr xpus diligit ecclesiā amore castissimo purissimo & mūdissimo & etiā eccelesia amat ipm et iste amor est immortalis et perpetuus et sicut sponsus ver9 & bon9 amat decorat & pulchrificat sposam suā quātum pōt iux bonorem suū. Ita xps ornat ecclesiā oi ornamento et corporali & spūali & int9 & ex q̄tū fieri pōt iux honorē suū. Et sicut bonus sposus nō permittit suā sposaz errare nec deuiare. Et sicut sposus deffēdit suā sposam, Ita xps ecclesiā suā. Et sicut bona sposa amat et timet & honorat suū sposum sic et ecclesia xpm Et vt oia concludam9 sicut in omnib9 se hz bon9 sponsus ad bonā sposam sic xps veraciter et cōplete se habet & habebit continue ad suam ecclesiam. Et q2 sponsus est immortalis: ideo sponsa erit imortalis. Et sic omnibus modis erit proporcio.

Eclaratum est igitur de modo & forma in quibus iesus christ9 dei filius et verus homo tāq̄ verus medic9 et saluator dat bene esse grām et salutez oi homini lapso & qualiter homo de facto recipit et qualiter virt9 passionis et mortis christi applicatur homi et etiā de mō regnandi renouādi & icorporādi hoīez cū xpo & manifestū q̄lit christ9 operat circa hominem renouanō perficienō & cōplendum per res visibiles & sensibiles que sūt sacramēta et q̄ virt9 salutiffera deriuatur & descēdit a diuinitate que est in christo p ei9 humanitatem in ipsa sacramenta Ita q̄ ipsa sacramenta visibilia sunt instrumenta christi per q̄ tangit hoīem et applicat suā virtutez hōi indigēti et virt9 passionis ei9 copulatur hoībus et q̄ ipsa sacramēta sūt q̄dem memorabilia passionis significantia passionem p̄teritam q2 ipsa passio operat in hoībus p memoriā eius. Et ideo christ9 īpleuit ecclesiā suā & xpianitatē suis memorialib9 et virt9 passionis sue q̄ ē trāsacta semp manet

et saluat hoies. Declaratū est etiā quomō ista sacramēta sūt ordinata ⁊ instituta scōm necessitatē hominis cui sacramenta debent applicari et ꝙ quinqꝫ: pma sacramēta scꝫ baptisin⁹ confirmatio extrema vnctio eucharistia et penitentia respiciunt indigentiaꝫ cuiuslꝫ hois in se principaliter inqꝫtuꝫ est singularis persona. sed duo vltia scꝫ ordo et matrimonium ordināt ur ad alteruꝫ. Ita ꝙ ille q̄ recipit ea recipit pncipaliter pꝑter alios ⁊ nō pꝑter se quia ad hoc ordināt ur quia sacramentum ordinis ordinatur ad multiplicationem spiritualem xpianoꝝ et ecclesie ipsi⁹ et ad multiplicanō et renouandū in esse spūali quia per ipm datur potestas administrandi sacramēta. Sꝫ matrimonium ordinat̄ ad multiplicationem naturalē ⁊ corporalem fideliū xpianoꝝ et ad renouanō ⁊ multiplicanō in esse nature vnde sicut in natura hominis sunt quedem vires ⁊ v̄tutes ordiate ad ꝯseruatiōeꝫ ꝑsone indiuidue. Et queō ad ꝯseruationeꝫ spēi. Sic silr in spūalibus: quinqꝫ sacremēta sūt ad gratiam conferē dam et perficiendam circa ipsam personam. Sed ordo et matrimonium sunt ad conseruanduꝫ ⁊ perficiendam ecclesiam. Et ideo quia ista duo respiciunt multitudinem et alia quinqꝫ respiciunt personā singularē sicut multitudo sequitur vnitatem ita ista duo sacramenta sequunt̄ alia quiqꝫ. Et vltimo ponitur sacramentum matrimonij quia modicum habet de spiritualitate nisi qꝫtum ad significatuꝫ qꝛ in hoc est maximum sacramētum Declaratū est etiam qualiter duo sunt effectus sacramentoꝝ qui remanent in homine recipiente scilicꝫ gratia et caracter seu signum indelebile. Et sic ex omnibus apparere possunt numerus ordo sufficiencia et comparatio sacramentorum. Et sic apparet qualiter ipsa christianitas et ecclesia

xp̄i est munita armis ꝛ medicamentis spūalibus. Ita ꝙ nihil ei deffi ciat in aliquo. Et totū bonū ecclesie et xp̄ianitatis et totꝰ thesaurꝰ eius cōsistit in sacramētis ꝛ totuꝫ exercicium eius est in vsu sacramētoꝝ. Et sic ipsa xp̄ianitas ꝛ ecclesia ꝓtinet in se totā ṽtutem xp̄i ꝑ ipsa sanctissima sacramēta. ꝛ ideo est habūdantissima plenissima et dictissima in rebꝰ spūalibꝰ. Et ita apparet ꝙ ipsa sacramenta sūt bona p̄ncipalia ipiꝰ xp̄ianitatis ꝛ ecclesie xp̄i et oīa alia sūt minꝰ p̄ncipalia ꝛ quasi accidentalia ꝛ accessoria ꝛ quasi quedā ornamēta vł sbstentamenta. Vn̄ xp̄ianitas a xp̄o dicitur ꝛ diriuatur. ꝛ iō bona que xp̄s ei dedit sūt p̄ncipalia sic sunt sacramēta in quibꝰ dedit seipsum ecclesie eiꝰ. Sꝫ alia bona ecclesie danť ab hoībus ꝛ ideo cauendū est et sūme fugiendū ne bona xp̄ianitatis ꝛ ecclesie ꝛ alia bona minus principalia data ab alijs q̄ sūt nihil ꝛ q̄si accidētalia reputenť p̄ncipalia ꝛ maiora. O quanta iniuria essꝫ facere ista ꝓtra xp̄m. O quantꝰ ꝓtemptꝰ. O quāta inordinatio ꝛ cecitas ꝛ deuiatō. Cauere igr̄ debemus sūme minister ecclesie a tāto malo ꝛ tanta iniuria: Et quid etiā significaret hoc nisi reputare corpus magis p̄ncipale et aīam minus p̄ncipalem ꝛ ponere corpus sub aīam ꝛ mortale sup̄ imortale ꝛ corporale sup̄ spūale et visibile supra inuisibile. Ecce igr̄ hoc est totum ꝑuertere ordinē xp̄ianitatꝭ et ecclesie xp̄i q̄tum est in se: quō igr̄ talis minister q̄ hoc faceret cōcordaret cū xp̄o cuiꝰ est minister cuiꝰ bonoruꝫ ipse dispensator quō essꝫ dignꝰ dispensare ꝛ ministrare bona xp̄i p̄ncipalia q̄ ꝓ nihilo reputat. Sint igr̄ soliciti ꝛ intenti oēs ministri ecclesie vt honorēt sacramēta xp̄i quoꝝ sūt dispēsatores ꝓpter quod sūt in honore vt perueniāt cū eo ad regnū suū in eternū. Et sic est finis et complementum sacramentorum.

De iudicio vniuersali et resurrectione gn̄ali ostendiť ꝙ iudiciū vniuersale est venturꝝ de necessitate cū resurrectione gn̄ali in quo omēs hoīes ꝛ tota natura hūana resurgēt cū ꝓprijs corporibꝰ ad recipiendū punicaꝫ complerā ꝛ finalem retributionem ꝛ suū finale cōplemētum ƀm verā iusticiam.

Voniā aūt iste liber seu ista scīa est de hoīe vt in principio libri dctm̄ est. Iō opꝫ tractare in isto libro oīa illa que pertinent ad hoīeꝫ de principio vsq; ad finē ꝛ totum ꝓcessum ipsius hominis seu humane nature. Et quia iā data est in isto libro cognicio sufficiens de hoīe et ostensum ꝙ homo factꝰ est a deo ꝛ ꝙ ꝓpter ipsū facta sunt oīa et qualiter homo obligatur deo ꝛ ad ꝙ homo ingr̄tū est

talis nature q̄ est premiabilis de
suis operib⁹ et ostensum est totuz
debitū hois. et visū est etiam qua
liter hō fuit lapsus a suo p̄mo sta⸗
tu et qualiter facta est repatio. Et
ostensum est qualiter per sacramē
tuz homo surgit de lapsu sanatur
et reducitur ad statū perfectuz vt
possit operari et facere opera que
debet facere si vult. Sic igit̄ duo
opera que deus est operat⁹ circa
hoiem iam p̄cesserūt. scȝ opus cō
dicionis et restauratōis seu repa⸗
rationis. et ideo nō restat nisi ter⸗
tium opus glorificationis ⁊ p̄mia
tōnis seu finalis retributōis quia
tria opera sūt dei circa hoieȝ. scilȝ
opus ꝯditōis opus restauratōis
et opus glorificatōis et etiā inclu
ditur in ipis opus gubernatōnis
Ipse em̄ homo est opus dei vnuȝ
ꝓpter qō fecit oīa alia opa ad cu⸗
ius salutem et vtilitatem sua ꝓui⸗
dentia semp apparet manifeste es
se intēta. Et iō ipossibile est q̄ de⁹
relinq̄t hoiem incōpletum ⁊ quin
ꝯpleat oia opera sua que sūt com⸗
plenda circa hoiem s̄m q̄ natura
hois requirit. postq̄ em̄ incipit et
cōtinuat opȝ q̄ ex bonitate sua cō
pleat. Et q: homo est talis nature
sue volūtatis libere et spōtanee q̄
nullomō pōt cogi sȝ operatur libe
re et est dn̄s suoꝝ operum et hoc
nō habent alie res inferiores que
operant̄ ex necessitate. Et ideo iā
cōclusum fuit superius in quodeȝ
capitulo de cōparatione hois ad
alias res penes libeꝝ arbitriū q̄
opera hois hn̄t talem naturā sup
opera aliaꝝ reꝝ q̄ sūt remunera⸗
bilia et eis debetur retributio. ita
q̄ homo talr̄ fact⁹ est q̄ p sua pro
pria opa dȝ acquirere retributio⸗
nē ⁊ suū finale ꝯplemētum. Ita q̄
p̄us dȝ mereri et lucrari ⁊ post⸗
ea dȝ fieri retributō ⁊ dari merces
p iusticiā. ita q̄ hō est talis natu⸗
re q̄ dȝ recipere suū ꝯplemētuȝ ⁊
suū finale bonū per iusticiā ⁊ per
merita et ei dȝ dari p modō corone
p̄miationis ⁊ solutōis ⁊ iuste retri
butionis q: alr̄ nō sufficeret homi
Et iō ibidō cōclus̄ fuit q̄ necesse est
q̄ opa hois iudicētur distuciant̄ ⁊
v̄aciter recipiant quod eis debet̄
s̄m v̄am iusticiā. ⁊ iō vt nō oporte
at hic reitare oia illa que dicta sūt
ibi i illo copitulo recurrendō ē ad il
lud capitulū q: est fūdamētum et
radix isti⁹ partis. Et iō iam est fir
mū ⁊ ipossibile alijs esse q̄n fiat iu
diciū veꝝ et discutio de operib⁹
hois siue bonis siue mal̄. et iō nō
restat declarare nisi q̄lit̄ fiet iudi⸗
ciū illud ⁊ tal̄ discutio ⁊ q̄liter fiet
ista retributio remuneratō ⁊ solu⸗
tio. itē etiā iā declaratū ē in capitu
lo de gaudio ⁊ t̄sticia q̄lit̄ necesse
erit q̄ quelȝ aia recupet corp⁹ su
um ꝓpriū ad cōplemētū gaudij vl̄
tristicie ⁊ sic ꝓbata ē resurrectō cor
poꝝ. ⁊ iō nō restat ꝓbare nisi q̄lit̄
fiet. Et q: istō erit vltimuȝ op⁹ dei
circa hūanā naturā et erit ꝯsūma

tio toti⁹ hũane nature ⁊ ꝑ ꝯñs to
cius mũdi qui factus est ꝑpter ho
mie3. et ideo oportebit ꝙ ista retri
butio final' q̃ erit ꝯplemẽtum oim
fiat eomõ quo cõuenit hoi ⁊ deo.
Uñ istõ op⁹ solũ erit op⁹ dei siue
adiutorio alicui⁹ creature et ipa
hũana natura ẜm ꝙ opata fuerit
solũ recipiet retributõe3 ⁊ solutõe3
sibi debitã. et iõ mod⁹ faciẽdi istã
finalem retributõe3 et solutõe3 si
bi debitã oportebit ꝙ sit iux̃ natu
ram ipsoꝝ opeꝝ bonoꝝ ⁊ maloꝝ
et ẜm ꝙ eis cõuenit q: necesse ẽ ꝙ
bona opera et mala habeãt suum
ꝯplemẽtu3. Et q: bonis operibus
debet̃ honor laus et gloria. Et ma
lis operib⁹ ðbet̃ verecũdia ꝯfusio
et dedecus vituperiũ et obꝓbriu3
et iõ oportebit ꝙ bona opa ⁊ me-
ritoria que sũt facta ꝑpter deũ re-
cipiãt tm̃ honore3 tãtam laude3 ⁊
tantã gloriam q̃ nõ possit cogitari
maior et mala opera et culpabilia
que sũt facta ꝯtra deũ recipiãt tã
tam ꝯfusionem qua nõ possit co-
gitari maior et per ꝯñs hoies qui
fecerũt ipa opa bona vel mala re-
cipient laudẽ vl' ꝯfusione3. et ideo
ꝑpter hoc necesse est ꝙ fiat iudici
um vniuersale in quo sil' sint oms
hoies et oms angeli et ois creatu
ra hñs intellectũ et racõem et ipe
deus vt oia bona opa vl' mala vi-
deant̃ et cognoscant̃ ab oibus cla
re et lucide vt sc3 ille qui fecit ope
ra bona vel mala videat ipa claris
sime et etiã oms alij videãt ꝙuis
em cuil3 hoi statim et prompte sit
certa cognitio de sua dampnatõe
vel pmio nõ tñ est oibus notũ. Iõ
ista ẽ maior laus vel cõfusio q̃ põt
esse. hoc aũt nõ potest eẽ nisi in iu
dicio vniuersali in quo erit de⁹ et
tota hũana natura et angelica. Et
ideo necesse erit ꝙ ꝑpter hoc qui
l3 portet oia opa sua scripta in se-
ipso et in sua cõscientia ⁊ ꝙ ipe cõ
sciẽcie et corda hoi3 clarissime ab
oibus cognoscant̃ vt sic boni reci-
piant vniuersalem ⁊ gñalem lau-
dem et honorem ⁊ mali recipiant
gñalem et vniuersalem ꝯfusione3
Nec aliter bona opera ⁊ mala ha
berent suũ ꝯplementũ et etiã hoc
sũme ꝯuenit opibus malis q: pro
pria punicio maloꝝ opeꝝ est ipa
ꝯfusio q: homines magis timent
confusione3 ꝙ aliquid aliud quia
etiam pena ignis cõpetit aĩabus
quia etiã possunt sentire dolore3
sicut homo s3 nõ possũt sentire cõ
fusione3. Et ideo hoc solũ ꝯuenit
hominibus ⁊ rebus rationalibus
et ideo vellent magis hoies pati
penam doloris ꝙ recipere confu-
sionem. et ideo etiã quia ipa mala
opera sũt talis nature ꝙ semp vo
lunt occultari et nullomodo vide
ri nec cognosci. ⁊ ideo ꝑpria puni
cio est ꝙ publicent̃ manifestentur
vt recipiant confusionem et vere-
cũdiam. Et ideo q: ipsa mala. ma-
la opera debent puniri et recipe-

re suã ꝓpriam retributionē in sũ mo et hoc nõ possꝫ fieri nisi fiat iudiciũ vniuersale in quo recipiant vniuersalem confusionem. Vñ si ista publica cõfusio et gñalis non fieret mala opera et pctã nõ punirent ad suũ cõplementũ nec de daret eis vltimã retributõeꝫ. Vñ nihil magis abhorrēt et timēt mali hoĩes ꝙ confusionē ⁊ nihil magis ꝯtra volũtatem eoꝝ. et iõ magis vellēt puniri quacũq; alia pena ꝙ comparere corã deo ⁊ coraꝫ oĩbus hoĩbus et angelis. Et quia super oĩa homĩes vellent ꝙ secreta cordiũ nõ cognoscerent et cogitatões eoꝝ quia nihil magis vult homo malus abscondere ꝙ consilium secretũ sui cordis et intencionem malã ⁊ falsã et dolum exñteꝫ in corde. et ideo ꝑ necessariũ erit ꝙ cõsilia secreta cordis et male cogitatões ⁊ intentões ⁊ doli ⁊ fraudes que erant occulte publicētur et manifestantur tanta manifestacione tãta claritate ꝙ nõ possit esse maioꝛ vt sic fiat publica cõfusio et tãta qua nõ possit esse maioꝛ vt sicut in secreto cordis dilexerũt ꝓprium honorem secrete et ꝓpriam laudem ꝯtra honorem dei. Ita secreta cordis manifestent oĩb⁹ ad eoꝝ confusionem. Sicut enĩ dictum est de operibus malis et consilijs cordiũ. Ita silr dicenõ est de operibus bonis et intentionibus Vñ illud quod est cõfusio maloꝝ operꝫ est laus gloria et honor bonoꝝ operꝫ quia sic publicatio bonoꝝ operꝫ est causa laudis honoris ⁊ glorie. Et iõ sicut operib⁹ malis ⁊ cogitacionib⁹ debet publica confusio tanta qua nõ possit cogitari maioꝛ. Ita etiam bonis operibus ⁊ bonis intencõibus debetur publica laus et tanta ꝙ nõ possit esse maioꝛ. Vñ tam boni ꝙ mali laudabũt bona opera et approbabunt ⁊ vilipendent vituperabunt et abhorrebunt omnia mala ⁊ in se ip̃is et in alijs quia omẽs recte iudicabunt et laudabunt quod laudendum est et vituperabũt quod vituperanõ est et vtentur ratione. Sic igitur publica confusio ⁊ publica laus publica approbatio et publica reprobatio de necessitate concludunt ꝙ iudicium vniuersale fiet in quo simul omnes homines compareãt cũ omnibus suis operib⁹ et cogitacõibus. Vlteri⁹ etiam quia no sũt nisi duo iudicabilia scꝫ bona et mala que sũt contraria inter se. Et ideo q2 duo contraria magis cognoscũtur videnẽ et manifestantur qñ sũt insimul ⁊ vnũ p̃ncialr iux aliud vt sic clarissime vnũ ꝓpter aliud magis manifestetur necesse erit ꝙ semel oĩa bona opera simul ꝯiungantur p̃ncialiter ⁊ videanẽ vnũ iuxta aliud vt sic per talem approximationeꝫ ipsa mala appareant magis vituperabilia et abhominabilia et ipsa

bona appareāt magis laudabilia vt sic publica ɔfusio sit maior ꝓpt publicā laudē. Et publica laus sit maior ꝓpt publicā ɔfusionē ⁊ vnū augmētat aliō. sic igr̄ natura bonoꝝ opeꝝ ⁊ natura maloꝝ de necessitate ɔcludūt ⁊ reqrūt iudiciū vniuersale oī hōi insimul. et iō necesse ē ꝙ de⁹ correspōdeat eis iux coꝝ naturā alr̄ vniuersū nō possꝫ eē ɔpletū q: h deficeret quod fieri nō potest scꝫ ꝙ aliquid deficiat in vniuerso

Sequūtur alie racōes q̄ ꝓbāt h iō et alia fūdamēta ex pte hoīs.

Preterea natura gaudij ⁊ natura tristicie ɔcludūt iudicium vniuersale eē vētuꝝ. Vñ necesse est ꝙ bonoꝝ gaudiū sit tm̄ ꝙ nō possit esse maior ⁊ maloꝝ tristicia sit tāta q̄ nō possit eē maior ⁊ h loquēdo de gaudio et tristicia q̄ veniūt ex̄. ⁊ iō q: boni gaudebūt magis eo q: sua opa videbūt et appbabunt punice corā deo ⁊ hūana natura tota ⁊ coraꝫ oib⁹ āgelis q̄ si h nō fieret. Et etiaꝫ mali magis tristabūt de publica ɔfusione. ⁊ iō ad ɔplemētuꝫ gaudij ⁊ tristicie necesse ē ꝙ fiat iudiciū publicum et vniūsale corā hoib⁹ ⁊ oib⁹ angel̄.

Alia ratio.

Preterea hūana natura ē vna ⁊ nō due ⁊ tota est iudicabil̄ p iudiciuꝫ retribucōis et totalr̄ est vn⁹ iudex scꝫ de⁹. Et iō toti hūane nature ɔuenit iudiciū retribucōis ɔpletū et finale et cōe vt simul tota iudicet et nō fiāt duo iudicia ſꝫ vnū de oībus simul. Vñ cū oēs hoīes sint p̄miabiles vel punibiles p iusticiā cū sint eiusdē nature ɔuenit valde ꝙ fiat vnū iudiciuꝫ gnāle in quo simul sit tota hūana natura q: p finaleꝫ retributōeꝫ tota hūana natura cōplebit ⁊ sūmabit. et ideo tota simul dꝫ ɔsūmari ⁊ cōpleri q̄tū ad vltimū ɔplementū. et ideo final̄ et cōpleta retributio ē vltima forma cui nihil āpli⁹ addet nec diminuet. Vñ valde iracōale esset ꝙ quilꝫ hō p se separatū cōpleret sine alio ⁊ reciperet suā vltimā retributōeꝫ siue i bono siue in malo q: q̄uis vn⁹ hō sit p̄or altero q̄tū ad gnātioneꝫ ⁊ vn⁹ moriat p̄us q̄ ali⁹. Jta ꝙ nō oēs insil̄ generent nec in simul moriant tn̄ nō ꝓpter hoc vn⁹ dꝫ p̄us iudicari iudicio finali q̄ al̄ nec ɔsūmari nec ɔpleri q: ista p̄oritas vl̄ posterioritas non est alicui a seipso ſꝫ ab alio nec aliq̄s ꝓpter istam p̄oritateꝫ vl̄ posterioritateꝫ meret vl̄ demeret q: null⁹ meruit vel demeruit q: esset p̄or vel posterior. ⁊ ipa retributio final̄ cuiuslꝫ dꝫ fieri ſm ꝓpria merita vl̄ demerita. et sic postq̄ p̄oritas vl̄ posterioritas nihil facit ad retributōem cū oēs hoīes sint vn⁹ nature ⁊ sūt iudicabiles iudicō retributōis ⁊ ab vno ⁊ eoð iudice q̄ finalr̄ vnicuiq; pōt dare insimul suā retributōem fina

lez.sequit̃ q̃ tota hũana natura ⁊
quelz eius pars in sil' dz iudicari
finali iudicio retribucõis nec vna
pars debz pcedere aliaz nisi sit ali
qua causa singulariter et pꝛogati-
ua spũalis. Un̄ opoꝛtz q̃ tota hu-
mana natura semel sit tota cõgre-
gata et tota videat seipam in ꝓpa
foꝛma qꝛ postq̃ p iudiciũ retribu-
cionis dz diuidi in duas ptes an-
teq̃ finaliter iudicet̃: necesse est q̃
pus ꝯiungat̃ vt sit tota simul quia
diuisio seu particio psupponit ali
quã vnionez. Et quia tota hũana
natura nũq̃ potuit esse simul et in
ꝓpꝛia foꝛma tẽpoꝛe meriti ⁊ gñati
onis cõueniens est q̃ tota sit siml'
tempoꝛe pmij ⁊ retribucõis vt ille
due ptes gñales que fient de hu-
mana natura semel adinuicem se
videãt pñcial' et p talẽ separatio-
nem vt vna ps scz bonoꝛuz sũme
gaudeat et alia scz maloꝛuz tristet̃
et in eternuz tota bonoꝝ recoꝛdet̃
de miseria maloꝝ ad eoꝝ gaudi-
um et leticiã et pars maloꝝ ꝯpũ-
so ad eoꝝ ꝯfusionez et tristiciam
quod nõ fieret nisi oẽs mali semel
viderent ad occulum omnes bo-
nos et boni viderent omnes ma-
los. Un̄ notitia per experienciam
est perfecta noticia et talis cogni-
tio nõ defficiet imperpetuũ bonis
et malis. Opz igitur q̃ tota hũa-
na natura semel sit cõgregata insi
mul et postea diuidat̃ qꝛ mali ma
gis cruciabũtur in se ipis et boni
magis gaudebũt q̃ si hoc nõ fie-
ret. Sic igitur ex parte nature hu
mane cõcluditur q̃ opz q̃ vnũ iu
diciũ gñale fiat de tota natura in
simul et ita ꝯuenit nature huma-
ne et operibus eius.

Quod iudiciũ vniuersale toci⁹
humane nature requirit resurrec-
tionẽ generalẽ insiml' omnium ho
minum.

Et qꝛ natura humana dz cõ
summari p finalẽ retributio
nez. et ideo est iudicabilis iudicio
retribucõis: et ideo eomõ dz fieri
vltima retributio q̄ ꝯuenit nature
hũane. et ideo quia ad humanaz
naturam ptinent coꝛpus et aĩa qꝛ
est ꝯposita ex natura coꝛpoꝛali et
spũali qꝛ tres nature sũt in vniuer
so vt declaratũ fuit in capitulo de
natura angelica scz coꝛpoꝛalis tm̃
et natura coꝛpoꝛalis ⁊ spũalis insil'
et ista ẽ hũana natura. Igr̃ ad hu
manã naturã ptinẽt due nature scz
coꝛpoꝛal' ⁊ spũal'. i. coꝛp⁹ ⁊ aĩa. Igr̃
postq̃ ipa est iudicabilis et pmia
bilis et dz recipere finalẽ retribu-
cõez et dz ꝯpleri necesse est q̃ iu-
dicet̃ tam in coꝛpoꝛe q̃ in aĩa siml'
qꝛ aĩa ñ ẽ hũana natura nec coꝛp⁹
tm̃ sz vtrũqꝫ insil' cõiunctum: et iõ
qꝛ hõ est iudicabilis necesse est q̃
aĩa remittatur coꝛpoꝛi vt hõ iudi-
cetur et recipiat finalẽ retributio-
nem. Un̄ hõ meruit vel demeruit
nõ in coꝛpoꝛe tm̃ nec in aĩa tm̃ sz ĩ
vtroqꝫ simul. Igitur sil' in coꝛpoꝛe

et aĩa dʒ iudicari ⁊ p̄miari vel pu
niri finalit̃ et in corpore et in aĩa si
mul dʒ recipere suã vltiaʒ retribu
tionē q̄uis em̄ aĩa stati duʒ exit a
corpore vel p̄miatur ĩ celo vel pur
gatur ĩ purgatorio vel dãpnatur ĩ
ĩferno tm̄ nõ est cõpleta retributio
nec finalis nisi aĩa remittatur cor
pori q̄ꝛ aĩa nõ est hõ nec corpꝰ est
hõ. ⁊ q̄ꝛ iudiciũ vniuersale retribu
tionis in quo dʒ eē finalis retribu
tio fieri dʒ simul de tota hũana na
tura sequitur ꝺ necessitate ꝙ tota
hũana natura resurget ĩ corpore ⁊
ꝙ queliʒ aĩa recuperabit corpꝰ ꝓ
prium. Vñ opʒ ꝙ quilʒ hõ qui ē
pars hũane nature cõpareat in vl
timo et finali iudicio quod respi
cit totã naturã hũanã et totaʒ cõ
munitatē et totam vniuersalitatē
hoĩm inq̄ntum sunt hoĩes vt sic to
ta natura hũana cõpleta sit cũ oĩ
bus suis partibꝰ et siml̃ et nihil de
ficiat ꝺ hũana natura. Igitur insi
mul colligata sunt resurrectio gñā
lis et iudicium. Itē etiã hoc idē re
quirit cõplemētum vniuersi qꝺ cõ
stat ex tribus naturis scʒ ex corpo
rali tm̄ et sp̄uali tm̄ ⁊ ex natura cõ
posita ex vtraq̄ȝ. ğ cũ natura cor
poralis tm̄ maneat ineternũ et na
tura sp̄ũalis tm̄ maneat internum
necesse est ꝙ natura cõposita ex
vtraq̄ȝ maneat ineternũ. et q̄ꝛ ĩ na
tura hũana sit separatõ istãꝝ dua
rum naturaꝝ ꝑ mortē seq̄tur ꝙ in
vniuersali et finali retributõe in q̄
õia cõplebũtur q̄ꝙ tota natura hu
mana reitegrabitur tã in corpore
q̄ꝙ in aĩa sʒ nõ in eodē statu sʒ ſm
exigenciã meritoꝝ et demeritoꝝ
q̄ꝛ hoc requirit ordo vniuersi. Igr̃
ordo et cõplemētum totiꝰ vniuer
si requirit ꝙ fiat vniuersal̃ retribu
tio et cõpleta oĩm meritoꝝ et de
meritoꝝ vt nihil remaneat ĩpuni
tũ nec irremunitũ vsq̄ȝ ad minimuʒ
ordo ⁊ etiã ꝯplemētũ vniuersi req̄
rit ꝙ sint tres nature iã dicte. Igr̃
ex istis cõcluditur gñalis resurrec
tio hoĩm bonoꝝ et maloꝝ et post
q̄ꝙ aĩa manebit ineternũ necesse ē
ꝙ cordꝰ suũ maneat ineternũ siue
in bono siue in malo q̄ꝛ vtrũq̄ȝ est
ad decorē et pulchritidinē vniuer
si q̄ꝛ totũ erit ſm rectũ iudicium et
iusticiam in qua cõsistit decor et
pulchritudo vniuersi. Vñ nõ põt
esse ꝙ pars aliq̄ hũane nature re
maneat ineternum et alia nõ q̄ꝛ ē
vna natura. et iõ vel tota dʒ rema
nere vel nihil de ea. Et iõ postq̄ꝙ
aĩa remanet ꝑpetuo necesse ē etiã
ꝙ corpꝰ remaneat ꝑpetuo nec po
test esse ꝙ aliqua aĩa recuperet su
um corpꝰ ⁊ aliqua nõ q̄ꝛ ordo vni
uersi req̄rit ꝙ tota hũana natura
remaneat inetetnũ tm̄ in corpore
⁊ aĩa. Et iõ q̄uis pueri nõ eēnt iu
dicabiles q̄ꝛ nihil demeruerũt ex
ꝓpria culpa nisi ex culpa aliena q̄
ĩputatur eis nisi sint baptizati. ac
tm̄ ꝓpter cõplemētum vniuersi ne
cesse erit eos resurgere quia nõ so

lum iudiciū gn̄ale requirit resurre ctionē oim hoim. ymo etiā ordo et complementum vniuersi.

Alia ratio.

Tem etiā iaꝫ declaratū ē in capitulo et tractatu ō lapsu ꝙ hūana natura in primo statu ꝑfecto fuit fctā īmortalis. Sꝫ mors ītrauit ꝑpt̄ culpā penā ⁊ punitōeꝫ primi hoīs vt declaratū est. ita ꝙ si primus hō nō peccassꝫ nūꝙ aīa fuissꝫ separata a corpore ⁊ aīa realiter et finaliter fuisset remunerata in glīa. et ideo intēcio dei erat ꝙ hūana natura sil'in corpore et aīa maneret ineternū. Ergo cū humana natura nō obstāte ꝙ mors intrauerit ꝑpter pctm̄ debeat recipere vltimā mercedē scōm merita vel demerita. seqtur ꝙ reintegrabitur ī corpore et aīa qꝛ istomodo de⁹ ordinauerat ꝙ in corpore et aīa eternaliter remuneraret̄ vl' puniretur. vn̄ postꝙ de⁹ nō destruxit naturam hūanam sꝫ fecit eaꝫ multiplicari vt ad occuluꝫ ptꝫ. sequit̄ ꝙ ip̄e vult ꝙ ō natura humana fiat illud quod ip̄e finaliter ordinauit. Et iō ꝑpter primā ordinationem dei opꝫ ꝙ tota hūana natura sil'in corpore et aīa recipiat suā vltimam mercedem etc̄.

Alia ratio.

Reterea cū iaꝫ declaratū sit ꝙ opꝫ ꝙ resurrectio fiat cū nos videam⁹ ad occulū ꝙ hoīes moriuntur et tn̄ nō resurgūt qꝛ vidēmus corpora eoꝝ remanere in terra signū ē ꝙ spectatur resurrectio gn̄alis oim insimul postꝙ oēs debent resurgere.

Alia racio.

Tem vel null⁹ resurgeret vl' om̄s resurgent. Igr̄ si aliqs resurrexerit iam argumētum est ꝙ om̄s resurgēt. Sed iam resurrexerit xp̄s ver⁹ hō q̄ fuit vere mortu⁹ Igr̄ etiam oēs resurgēt qꝛ resurrectio debetur nature hūane nec est īpossibile postꝙ iam fctm̄ est sicut em̄ vn⁹ potuit resurgere. Ita etiaꝫ om̄s per eā virtutē qua ille resurrexit poterūt resurgere. Sed ꝙ iā xp̄s qui fuit verissime mortuus resurrexit a mortuis ⁊ viuat ī corpore et aīa in eternū hoc certissimuꝫ est et nō dubiuꝫ qꝛ si xp̄s nō resurrexerit a mortuis sꝫ adhuc est mortuus quero vn̄ venit tota xp̄ianitas que an̄ nō erat que tota fūdatur in xp̄o et radicatur et in nomine christi est fundata que tota credit in christum et in nomine christi facit oīa. Si ei christus adhuc est mortuus cū fuerit ita crucifix⁹ et ab inimicis suis occisus et fuerit summe pauper nihil hn̄s ī hoc mūdo quero quis hoiꝫ aus⁹ fuissꝫ

predicare ip̄m post mortem suam queso quis predicasset ipsum per totum mundū cū tanta fortitudine quis fuisset ita stultus. ḡ cū nos videamus ad acculū ipsam christianitatem sic fundatā sic ordinatā sic regulatam et sibi totaliter obedientem et sciam⁹ verissime fuisse mortuum et sepultū sic cōparem⁹ omnia illa que secuta sunt post ad ip̄am mortē impossibile est eē ꝙ ip̄e adhuc sit mortuus qꝛ nisi ipse met fecerit omnia illa que secuta sunt mortem suā null⁹ ali⁹ fecissꝫ Si enī granum frumēti quod ponitur et sepellitur in terra totaliter moriatur et nō reuiuiscat tunc nihil ampli⁹ apparet de eo super terram nec se multiplicat. Si autem sequatur multiplicatio signum est ꝙ granum reuixit et viuificatū est Ita similiter postꝙ xp̄s vere mortuus fuit et sepultus si nō reuixit ineternum nec in eo sit virtus per quā resurgeret. sequitur ꝙ nulla multiplicatio secuta est mortē suam. Sed cū ad occulū videam⁹ christum fuisse multiplicatum in infinitum post mortem suam et conuertisse infinitos homīes totalit̄ ad se ipsum ad suam fidem ad suū amorem ad moriendum pro ipso sequitur ꝙ ipse verissime. Iterum factus est vnius et resurrexit. hoc nōn potuit fieri nisi in eo esset virtus aliqua sꝫ nō humana q̄a corpus nō potuit se ipsum facere viuū nec anima potuit suscitare corpus suum. Igitur sequitur ꝙ ibi erat virtus dei que hoc fecit. Igitur virtus diuino suscitauit christū a mortuis. Igitur deitas erat cum corpore. Sic igtur postꝙ de facto iam christus resurrexit a mortuis. sequitur ꝙ oīs homies resurgent eadem virtute et potenciam per quā ipse resurrexit sꝫ nō in eodē statu sꝫ mēbra sua scꝫ christiani fideles resurgent sibi similes et oīs alij qui fuerunt ei cōtrarij resurgent ei dissimiles quare seq̄tur ꝙ resurrectio generalis erit. Cum igr̄ causa ⁊ rō quare resurrectio fieri maneat q̄uis homies moriantur q̄tuꝫ ad corpus. Sequit̄ ꝙ deus ad quem pertinet facere illam resurrectionem corporū facit eam loco et tempore congruis et opportunis. Unde virtus ⁊ causa resurrectionis ex parte nature humane seu hominis est ip̄m meritum vel demeritum quod fctm̄ est per animam simul cum corpore. et etiam complemētum vniuersi. Et ideo q̄uis homo moriatur semper remanet causa resurrectionis. Et ideo necessario opotet ꝙ resurrectio corporum fiat quia aliter esset vacuum in vniuerso.

Argumentum quod erit ꝙ de terra iterum formentur eadē corpora que prius erant.

q Aūt de terra possint formari
illa eadē corpora q̄ pri⁹ erāt
in sil' et hoc iā pat3 et pōt maifesta
ri per illa q̄ iā fctā sūt. Certū ē ei q
de⁹ a principio formauit īmunera
biles spēs creaturaꝝ de vna ⁊ ea
dem terra q: oēs spēs arboꝝ her-
baꝝ aīaliū ⁊ corpora hoīm forma
ta sūt de vna et eadē terra. si igr̄ h
potuit fieri q̄re fieri nō poterit de
eadē terra sie ō pluib⁹ ex q̄b⁹ cō-
positū erat quodl3 corp⁹ hūanu3
iteꝝ fiat idē corp⁹. ita q ql3 corp⁹
fiat de suis ꝓpriis pulueib⁹ i qui
bus resolutū fuit et hoc per poten
ciā virtutē ⁊ volūtatē dei maxie q:
iusticia hoc reqrit. ita ei possibile
est q corp⁹ hūanu3 qd̄ semel fuit
Iteꝝ fiat de suis ꝓpriis pluerib⁹
sic qn̄ nō erat formatū fuit de terra
et si possibile fuit tot corpora hoi3
qn̄ nō erāt fieri q̄re nō erit possibi
le illa eadē corpora postq̄ sel' fue-
runt. Iteꝝ refieri per manū dei et
reformari et si fieri potuit q aliq̄
corpora essent icorruptibilia sicut
sunt corpora celestia q̄re fieri n̄ po
terit vt etiā corpora hoīm fiāt icor
ruptibilia per manū dei. si igr̄ de⁹
fecit mundū et hoīe3 qn̄ n̄ erat ex
sola bn̄placito sua q̄re etiā n̄ refor-
mabit corpora hūana. Iteꝝ iusti-
cia reqrēte et merit ⁊ demerit etiā
hoc requirētib⁹ ⁊ clamātib⁹ et or-
dinē vniuersi hoc reqrente. igr̄ vi-
detur q īpossibile ē qn de⁹ faciat
resurrectionē gn̄alē oīm corpoꝝ3
hūanoꝝ postq̄ iusticia merita et
demerita et cōplemētum vniuersi
h reqrāt et ipm nō pōt negare se-
ipm qn faciat q: ita ei cōuenit.

Quod iudiciū vniuersale cum
suis cōditionib⁹ oñditur de neces
sitate eē futuꝝ ex pte honoris dei

Eclaratū ē āt q iudiciū vni
uersale cū resurrectiōe gn̄ali
est ventuꝝ i vniuerso ⁊ hoc ex pte
nature hūane q: ita ꝯuenit ei. sed
nūc oñditur hoc idē ex pte hono-
ris dei q de necessitate fiet. vn̄ ne
necesse ē q iudiciū retributiōis fi
at siue in gn̄ali sie in pticulari ⁊ h
ē radix. Si ei de⁹ ex sua bn̄placito
nllo reqrente fecit hūanā natura3
cū nō esset mlto magis facit debi
tam retributiōem et hoc q: merita
vl' demerita hoc reqrūt et clamāt
et totū vniuersū clamat. et iō qua
si coact⁹ et reqsit⁹ op3 q de⁹ faci
at iudiciu3 retributiōis et tribuat
vnicuiq3 illud qd̄ ei debetur ⁊ cō-
pleta retributōe inetetnu3 tal' ma
neat et null⁹ ali⁹ nisi de⁹ pōt face
re finalē retributiōem q: null⁹ nisi
de⁹ pōt correspōdere merit vl' de-
meritis nec pōt esse talis iudex re-
tributiōis. Et q: iudiciu3 final' re-
tributōis ē op⁹ soli⁹ dei ex se vt iā
declaratum ē i capitulo de honore
dei et q̄cquid de⁹ opatur extra se
totu3 operatur ad suu3 honorē et
ad suā laudē et gl'iam. et iō q: iudi
cium finalis retributionis est vlti
mum op⁹ dei circa naturā huma

nam qꝛ ibi fit totuꝫ cōplemētum.
et ideo opꝫ ꝙ in suo vltio ope deꝰ
operet̃ maifestādo honorē sue ptā
tis sue sapiēncie sue iusticie ⁊ recti
tudis. Vñ dare vnicuiq; qđ suuꝫ
est. est opꝰ ptātis sapiencie et iusti
cie. ⁊ iō necesse ē ꝙ fiat ad tātā lau
dem honorē et gl̃iam sue ptāť sue
rectitudinis et iusticie ꝙ nō possit
maioꝛ esse. et iō opꝫ ꝙ in tali ope-
re iudiciali maifestetur ĩ sūmo sua
maiestas ptās sua sapiēcia et suā
maxia iusticia ⁊ rectitudo ꝟitatis
hoc aūt nō fieret si de quolꝫ hoie
tm̃ fieret iudiciū particulare et se-
cretuꝫ. et iō necesse ē ꝙ deꝰ faciat
iudiciū vltimū finalis retributōis
corā oi creatura q̄ poterit cogno-
scere ⁊ iudicare et ois creatura te
stetur ⁊ cognoscat suū iudiciū esse
rectissimū ⁊ oēs cognoscāt rectitu
dinē sue iusticie. ⁊ iō necesse ē ꝙ fi
at iudiciū vniuersale in quo ꝑ̃nci
paliť ois creatura rōalis erit vt vi
deat ⁊ clarissime cognoscat iudici
um dei eē verissimū. et qꝛ istđ iudi
cium dꝫ eē honoꝛabilissimū ⁊ per
fectissimū vt nihil defficiat de hijs
q̄ pertinēt ad iudiciū. Ideo opoꝛ-
tebit ꝙ in isto iudicio fiāt manife-
stissime declaratiōes oīm meritoꝝ
et demeritoꝝ et etiā ferātur sentē
cie irreuocabiles ꝓm exigenciam
meritoꝝ et demeritoꝝ et finaliter
fiāt iustissime retributōes ꝑmioꝝ
et stipēdioꝝ qꝛ iudiciū finale req̇
rit ista vt in declarationibꝰ meri-
toꝝ maifestetur auctoꝛitas et sum
mitas ptātis et maiestať ⁊ ĩ iustis
retributōibus stipēdioꝝ maifeste
tur plenitudo sue iusticie et boni-
tatis. Et qꝛ radix retributiōis et re
munerationis est ītēcio occulta in
corde cuiuslꝫ et ꝓm talē intēcionē
dꝫ fieri iudiciū et retributō. ⁊ ideo
vt appꝛtissima et lucidissima decla
ratio meritoꝝ et demeritoꝝ sic ne
cesse est ꝙ coꝛda et itāciones ⁊ cō
silia secreta coꝛdiuꝫ clarissime ma
nifestētur videantur et cognoscā-
tur ab oibus. ⁊ iō necesse erit ꝙ cō
sciencia secreta cuislꝫ nō solū sibi
met sit maifesta. ymo etiam oibus
alijs. et sic opoꝛtebit ꝙ liber vniuſ
cōsciencie et cuiuslꝫ apiatur et ois
merita vl' demerita in ꝯsciēcia cu
iuslꝫ clarissime et maifestissime co
gnoscātur. Et sic necesse erit ꝙ oia
opera et facta cuiuslꝫ scripta sint
in ꝯsciēcia vt sic qlꝫ cognoscat tā-
ta certitudie tāta veritate oia ope
ra ⁊ fctā tā ꝓpꝛia ꝙ̃ alioꝝ ꝙ ñ pōt
esse maioꝛ certitudo. et iō qꝛ nihil
magis certum ē cuiuslꝫ ꝙ̃ ꝯsciēcia
ꝓpꝛia qꝛ nihil est ei magis pñs et
ideo opoꝛtebit ꝙ ĩ cōsciencia relu
ceant oia opera facta et intēciōes
vt sic fiat appertissima delaratio
oim meritoꝝ et demeritoꝝ. et sic
oms iudicent' et clarissime verita
tem equitatē ⁊ rectitudinē iuditō
rum dei vt scꝫ quilꝫ cognoscat ꝙ
iustissime ē remuneratꝰ ꝓm sua me
rita vel demerita. et nō solū de se-

ipso sꝫ de quocūq₃ alio. Et qꝛ i isto
iudicio opꝫ ꝙ feratur sentēcia fi-
nalis iuxta exigenciā meritoꝝ vel
demeritoꝝ et qꝛ nō poterūt eē ibi
nisi due partes scꝫ bonoꝝ ⁊ malo
rum. et iō necesse erit ꝙ sint due sē
tencie vna cū bonis et alia cū ma
lis qꝛ istud iudiciū fiet ad honorē
et gl'iam ptātis et maiestatis dei ⁊
ideo oportebit ꝙ fiat cū tāta solēp
nitate et magnificentia ꝙ ñ possit
cogitari maior. et qꝛ honor ptātis
est ꝙ timeatur ab oībus et maxie
potestatis iudiciarie q̄ de se impor-
tat terrorē et timorē. ⁊ ideo oporte
bit ꝙ iudex ondat in ipo iudicio
vniuersali tātam ptātem tantā ma
iestatem ꝙ nō possit magis maife
stari. et iō necesse erit ꝙ in illo iudi
cio fiāt oia illa que pñt facere illā
potestatē timeri qꝛ deꝰ est summe
timendꝰ et maxie inq̄tum iudex
et iō opꝫ ꝙ in summo iudicio ap-
pareat vt sūme timendꝰ tanq̄ iu-
dex vt sic oīs creatura in summo ti
meat ipꝫ tanq̄ iudicē quia iudex
inq̄tum iudex timeri debꝫ. ⁊ ideo
summꝰ iudex sūme timeri debꝫ et
maxime quādo iudicat principa
liter. Et ideo tale iudicium erit ne
cessario summe timēduꝫ sūme ter
ribile. et ideo qꝛ tale iudiciuꝫ fiet
vt fieri debꝫ vt nihil possit deffice
re de hijs que pertinent ad iudi-
ciū ꝑpter hoc et añ iudicium ⁊ in
ipo iudicio oportebit ꝙ sit sūmꝰ
timor summus terror summꝰ tre-
mor vt non possit esse maior quia
ita requirit potestas et maiestas
tanti iudicis. Et etiam hoc requi
rit contemptus ipsorum maloruꝫ
hominum qui cōtempserunt deū
et nō timuerunt eum offendere vt
scilicet tunc in summo timeant ip
sum tanq̄ iudicem. ⁊ ideo omnes
culpabiles tunc tantum timebunt
in iudicio vniuersaliter ꝙ cogita
ri non pōt. Sed boni quia timu
erunt eum offendere et sencient se
ipsos sine culpa. Ideo q̄uis ti
meant ipsuꝫ tunc tamē propter ta
lem timorem nō affligentur quia
securi erunt de eorum saluatione.
Sic igitur considerando honorē
dei et opus iudicij finalis poteri-
mus concludere oēs conditiōes
que debent esse in vltimo iudicio
quia necesse erit ꝙ fiat ad summū
honorem laudem et gloriam diui
ne maiestatis qꝛ istō erit perfectissi
mum opus dei et vltimuꝫ. ⁊ ideo
oportebit ꝙ sit honorabilissimum
et excellentissimum et solempnissi
mum et summe manificum super
omnia opera que fieri possūt ma-
xime quia iudicium importat ho
norem de natura sua et super om-
nia opera pertinet ad honorem.
Et ideo quia deo conuenit maxi-
me honor et per consequēs maxie
cōuenit ei facere iudicium quia ē
opus honoris. Et sic honor dei
de necessitate ꝯcludit iudiciū vni

uersale eẽ ventuꝝ et etiã cõcludit oẽs cõditiones illius iudicij.

Quod autoritas infallibil' libri scripture seu libri dei etiã dicit iudiciũ vniuersale esse futuꝝ cui in sũmo ẽ credendum.

Et q2 iã declaratum fuit ꝙ duo sũt libri sc3 liber crature et liber scripture ⁊ vterq3 est dei et ãbo correspõdẽt. Et iõ q2 iã ꝓbatũ est ꝙ liber scripture sc3 biblia ẽ lib dei. ⁊ ideo q2 liber scripture i vtroq3 testamẽto dicit et afirmauit iudiciũ vniuersale eẽ vẽtuꝝ et dicit formã et modũ q̃liter fiet ⁊ q̃s erit iudex vniuersalis oĩ3 qm̃ nouũ testamẽtũ dicit et affirmat ihm̃ xp3 qui ẽ de⁹ et homo et ver⁹ fili⁹ dei vt iã ꝓbatum ẽ ⁊ declaratũ esse verum iudicẽ vniuersalẽ oĩm et ipse loquit' de seipso dicẽs se eẽ talẽ iudicẽ ventuꝝ in fine mundi ⁊ iudicaturꝝ om̃s hoĩes et ꝙ resusitabit ⁊ faciet om̃s resurgere et ꝙ redd3 vnicuiq3 iuxta opa sua siue bona siue mala. Sic igr̃ ta3 ex testimoĩo libri creaturaꝝ q̃ nõ mẽciũtur tã ex auctoritate ĩfallibili libri scripture q̃ est auctoritas dei et filij dei que in ĩfinitũ certior ẽ oĩ rõe ꝯcludit iudiciũ vniuersale eẽ absq3 dubio vẽtuꝝ et gñale3 resurrectõnem omnium hominum:

De ꝑparatiõe illi⁹ diei iudicij ad oẽs alios dies ꝑcedentes.

Et q2 dies iudicij erit vltĩa dies et finis oĩm dieꝝ ⁊ ĩ illa die oĩa opa fctã ĩ alijs dieb⁹ ꝑcedẽtib⁹ ab ĩitio mũdi ꝯgregabũt' et apparebũt insimul et recipient suã mercedẽ. ⁊ ideo illa dies comparatur ad alios dies ꝑcedẽtes sic vniuersale ad particulare sic totũ ad partes q2 illa dies iudicij erit dies vniuersalis et cõtinebit in se om̃s dies ꝑcedentes in virtute q2 om̃s sunt pars. Et q2 oĩa opera facta a principio mũdi in oĩbus diebus ꝑcedentib⁹ vsq3 ad illam diẽ cõgregabuntur in illa die et simul erũt et apparebũt siml' discuciendo. et iudicabũtur et p̃miabuntur vel ad bonũ vel ad malum et quicq̃d dispersu3 et diuisũ factũ est in oĩbus diebus totum siml' erit ĩ illa die. Et iõ illa dies iudicij erit maior sola ꝙ om̃s alij ꝑcedẽtes ⁊ valebit tm̃ sic om̃s dies q2 oĩa opera alioꝝ dieꝝ erunt in illa die. Et etiam q2 deus in illa die tm̃ vl' pl⁹ opabitur q̃tu3 alijs dieb⁹ ꝑcedẽtibus q2 sic' resusitabit ⁊ reficiet in illa die oẽs hoĩes quos diuersi in alijs dieb⁹ a ꝑncipio mũdi fecit ⁊ faci3 eos imortales q̃tũ ad corp⁹ li3 nõ ĩ eodẽ statu s3 ꝑm merita vl' demerita. et iõ illa dies erit sola ipsius dei q2 sol⁹ de⁹ opabit' in illa die et hoĩes nihil operabũtur q̃a alij dies ꝑcedẽtes fuerũt dies hominũ q2 fuerũt dati hoĩb⁹ ad operandũ et illa dies tota erit dei q̃a nl'lũ op⁹ fiet ĩ illa die fiet nisi op⁹ vltimũ dei ⁊ oẽs creature cessabũt opari. ecce igr̃ diuisionẽ dieꝝ ⁊ discussionẽ q2 vltima dies erit dies

dn̄i et om̄s alij dies sunt dies hoi num et hoc ꝑpter opera. Et q: illa dies erit soli⁹ dei. ideo erit maxīa dies nobilissima et solēpnissima. ⁊ ideo etiā quia illa dies erit tota ip sius dei sicut alij dies hoīs sic ho- mines vsq; ad illā diem operabū tur et ampli⁹ nihil operabūtur sȝ solum recipiēt mercedē suoꝝ ope- rum. Item etiā post illā diem de⁹ nihil operabitur q: illa erit sua. et iō necesse erit ꝙ oīa opa sua clau- dantur in illa die. et iō necesse erit ꝙ in illa die de⁹ ostēdat opera sue ptātis sue sapiencie bonitatis ⁊ iu sticie in sūmo q: ampli⁹ nil opera bitur. Et iō oportebit ꝙ tūc in illa die operetur tm̄ ꝙtū fieri poterit ad honorē laudem et gliam sue sū me ptātis et maiestatis et sue sum me sapiencie ⁊ iusticie. ⁊ sic in illa die necesse erit ꝙ de⁹ ostendat suā gliam suā magnificēciam et suam magestatē in operib⁹ suis et ostē- dat se eē dn̄m iudicē oīm. Et iō q: illa dies erit soli⁹ dei et oīa opera dei claudētur in illa die sicut ope- ra hominuȝ clausa erūt oportebit ꝙ in illa die fiant opera summi ti- moris et opera sūme vindicte ⁊ sic dies illa iudicicij erit perfectio et cōsummatio et cōplemētum oim dieꝝ. Et iō om̄s dies respiciunt ⁊ currūt ad illam diē quasi ad suum cōplemētum q: om̄s dies recipi- unt in illa die suas remuneratōes et mercedē. et iō om̄s dies p̄ceden tes essent frustra et vani nisi veni- ret illa dies. et iō om̄s dies quasi naturaliter expectant illaȝ diē. Et sicut lapis appetit centuȝ et om̄s partes terre tendūt ad vnū centū Ita oēs dies ad tendūt illā diē tā ꝙ ad suā quietē quia illa dies erit gn̄alis finis oīm dieꝝ et primum et retributio oīm dieꝝ. Sicut igi tur op⁹ dei erit cōplemētum ope- rum hoīs. ita illa dies erit cōple- mentum alioꝝ dierum.

De memoria illius diei vltime

Et q: opera oīm dieꝝ respici unt op⁹ illius diei et expec tant q: necesse est ꝙ oīa opera pre cedenciū dieꝝ cōiungantur cum opere illius diei sicut corp⁹ cū aīa et materia cū forma q: opera pre- cedenciuȝ dieꝝ sunt opa meriti vł de meriti et op⁹ illi⁹ diei erit op⁹ retributionis munerationis et re- muneratiōis et apꝓbationis vł re ꝓbationis et iō de necessitate ope ra oīm dieꝝ apparebūt in illa die quia aliter essent vacua. vt scȝ iu- dicentur et discuciētur et recipiēt mercedem eis cōuenientem. et iō memoria illi⁹ diei esse dȝ cōtinua in oībus hoībus qui debēt opera ri et sunt operatores oīm operum que in illa die apparebūt quia illa dies erit ꝑpter opera hominū ad dandum cōplemētum eis. Et iō cuȝ op⁹ cuiuslȝ respiciat op⁹ illi⁹ diei dȝ illa dies cōtinue eē in me- moria et in opere cuiuslȝ diei. Vn̄ cū hō sit liber ad operādum bonū vel maluȝ et nō operetur de neces

litate ꝛ magis inclinatur ad malū ꝙ̄ ad bonū necessaria est in eo con tinua memoria illiꝰ diei vt excitet᷑ vsqꝫ ad vltimū de potēcia ad ope randū bonuꝫ ꝛ ad fugiēduꝫ malū vt sic continua memoria illius di ei expellat ad se omem negligēnci am et generet in eo maximā dili‑ genciā. Et sic memoria illiꝰ diei ē stimulꝰ pungēs hoiēꝫ ad bñ ope randū. vbi aūt nō ē memoria illiꝰ diei nō pōt esse bonū opꝰ sꝫ malū Ois em̄ artiffex et operariꝰ dū co gitat ꝙ opera sue artis veniēt in iu dicium illud et ad examē tūc ope‑ ratur meliori mō quo pōt. sic hō si cogitet illum diē in quo oia ope‑ ra sua iudicabūtur operabit᷑ melio ri mō quo poterit aliter erit piger et negligēs. et magis sine cōpara tione dꝫ esse diligēs vt meliori mō quo poterit operetur qꝛ opera sua exaīabuntur ꝑ quecūqꝫ scꝫ per sū mū iudicē qui errare nō pōt. et sic memoria illiꝰ diei est maxīe influ encie et maxīe virtutis ad bñ ope randum et ꝭm ꝙ erit maior vel mi nor memoria ꝭm hoc meliꝰ et ma gis vel minꝰ influet. Si autē nul la sit memoria nihil īfluet ꝛ sic nul luꝫ opꝰ erit bonū. Itē etiā illa dꝫ esse in ꝯtinua memoria qꝛ erit ma xima dignissima et solēpnissima inter oms dies et erit dies dñi pu ra. et iō est digna vt habeatur icō tinua memoria aliter est maximꝰ cōtemptꝰ dei nisi hō ꝯtinue recor detur de illa magna die sua et de illo opere maximo suo quo faciet in illa die circa totū hūanuꝫ genꝰ Sic igitur ꝓpter maximā vtilita‑ tem ad fugiēduꝫ cōtemptū dei ne cessaria est cōtinua memoria illiꝰ diei. Sūt autē tres ꝑncipales di‑ es q̄ dñt manere in memoria hois scꝫ dies natiuitat᷑ eiꝰ ꝛ dies mort᷑ eiꝰ et dies iudicij que ē finis. Isti tres dies claudūt omēꝫ hoiēꝫ ꝛ se hñt ꝓportōnent᷑ qꝛ añꝙ̄ sint isti di es sunt icertissimi et nullꝰ ē certꝰ de eis donec sūt. Nullꝰ ē certꝰ de die natiuitat᷑ nisi qñ natꝰ est. Iteꝫ sicut nihil cerciꝰ morte. Ita nihil incerciꝰ die mortis. Ita nihil cer‑ ciꝰ dꝫ esse hoi ꝙ̄ iudiciū et nihil in certius ꝙ̄ dies et hora eius.

De finali executiōe iudicij ꝛ ge nerali separatōe bonoꝝ ꝛ maloꝝ

Acto autēꝫ et completo iu‑ dicio vniuersali tunc necesse est ꝙ fiant due cōgregationes et due societates ex tota hūana natu ra et oms boni faciāt vnā societa‑ tem et agregationē et oēs mali fa ciant suā et sic erūt due societates opposite adinuicē. Et qꝛ etiā natu ra angelica iam a ꝑncipio mundi fuit diuisa in duas societates op‑ positas vt iam declaratū est. ꝛ q̄a primꝰ angelꝰ qui recessit de celo est caput oīꝫ maloꝝ angeloꝝ qui sunt mēbra eiꝰ et oms hoies mali sunt incorporati cū dyabolo ma‑

gno et facti sunt mēbra eius vt de claratuz ē. Et om̄s hoīes qui non sunt mēbra xp̄i de necessitate sunt mēbra dyaboli. et iō sil'et semel to ta illa societas tam maloꝝ ange loꝝ q̄ maloꝝ hoīm descendet ad locū ꝓprium sibi ⁊ couenientem scȝ ad centū terre. vbi est infer⁹ vt in eternuȝ puniātur ibi et tormētent. In qua societate p̄m⁹ angel⁹ erit caput et p̄nceps ⁊ sic oēs mali ho mines tam in corpore q̄ in aīa et naliter cruciabūtur vt iam decla ratum fuit in capitulo de tristicia ad plenū. et sic tam mali angeli q̄ mali hoīes habebunt eternaliter vnum et idē caput. Sicut aūt ma li angeli et mali hoīes faciūt vnū corp⁹ et vnā societatē. Ita boni angeli et boni hoīes faciūt aliā so cietatem et aliud corp⁹ vbi xp̄us erit caput. Sed sicut prim⁹ angelus cum tota societate sua tam ange loꝝ q̄ hoīm descēdet ad suā ciui tatē īfra terrā. Ita xp̄s cū tota sua societate tā bn̄oꝝ āgeloꝝ q̄ hoīȝ glificatoꝝ in corpore ⁊ aīa ascēdȝ ad suam ꝓpriā ciuitatē celesteȝ in sācto loco celi vbi oīa illa gaudia erunt que declarata sunt in capi tulo de gaudio Sic ergo hoīes adhe rentes dyabolo eternā tristiciā pa cient et cruciabuntur cum eo. Et hoīes adherētes xp̄o ieternū gau debūt cū eo ⁊ cū angelis ei⁹ i celo Ad quod gaudiū nos producere dignetur ihūs xp̄s fili⁹ dei et virgis gliose qui viuit et regnat de⁹ bn̄ dictus in scl'oꝝ secula Amen.

Et sic explicit liber creaturaruȝ seu liber de hoīe ꝓpt' quē sūt alie cre ature icohat⁹ ⁊ icept⁹ ē a reuerā do raymōdo sebeide i artib⁹ ⁊ me dicina mgr̄o ⁊ i sacra pagina egre gio ꝓfessore regēte i alma vniuer sitate studij tholosani. Anno dn̄i m. cccc. xxxiiii. et ꝯplet⁹ ⁊ teriat⁹ i eadē vniuersitate. Anno dn̄i. M. cccc. xxxvi. xi. die mensis februa rij que fuit dies sabbati ad gl'iam laudē et honorē sanctissime trini tatis et gl'iosissime virgis marie ma tris dn̄i nr̄i ihū xp̄i filij dei ⁊ ad vti litatē oim xp̄ianoꝝ alioꝝ hoīm.



A.4.5.

Incunabule + Ciz

(1)

4-2-4

94 [illegible]